III
A. 224.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-664521-p0001-0

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
III A 224
SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-664521-p0002-5

EPIGRAMMATA
SACRA MORALIA
IN
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
HISTORIAS
EX MAGNO CODICE Mscto
SACRIS IMAGINIBUS ET COLORIBUS
SVAVIBVSQVE LEMMATIBUS
DISTINCTO
RECENSUIT
HERM. von der Hardt/
PRÆPOSIT. MARIÆBERG.
LINGUAR. ORIENT. PROF.

HELMSTADII,
Typis GEORG WOLFGANGI HAMMI,
Acad. Typogr. M DCC VIII.



IN

POTENTISSIMI PRINCIPIS

GEORGII LUDOVICI

BRVNSV. AC LVNEB. DVCIS

S. R. I. ELECTORIS

CVRIA

ET ECCLESIA

CONSILIARIO

ILLUSTRI

HENR. CHRISTO-PHORO HATTORFF

OBSEQVIUM

HERMANNVS von der Hardt.

VIR ILLUSTRIS.

SUperiori menſe, ante paucos dies, *Judæus Halberſtadenſis*, *Levinus Alexander*, vir ſolers, in nundinis noſtris oppidanis, blando omine venum mihi iterum iterumque obtulit, nec fere ob indigentiam ſine precibus, nobilem *Veteris & Novi Teſtamenti Codicem*, qui ex meris imaginibus conſtat, vario colore non ſine arte illuminatis, adſcriptis hiſtoriarum ſymbolis. Quod comtum, thecâ conditum, totius ſacri fœderis corpus, tanto lubentius atque avidius redemi, quanto certius indicium, non mediocris dignitatis virum quondam poſſediſſe, à cujus obitu, quocunque tandem caſu, ut ſunt res hùmanæ, in manus delapſum Judæi. Cui benignioris fati acceſſit augurium, quod nec temere negligendum aut facili contemptu peſſundandum credidi, qui non prorſus vana autumo rerum & fatorum omina, nec ſuperſtitioſus, nec levis: Puta, *Judaicæ gentis in*

nos,

nos, quondam gentiles, nunc Christianos, vetera beneficia, infinita & inexplicabilia, inæstimabili Veteris & Novi Testamenti munere.

Meminisse possumus, vel ex nobis ipsis, nostrorumque majorum rebus, vel *Pauli, Judaici generis*, Christianæ nostræve fidei Apostoli, commonefactione gravi & seriâ, *Ephes. II, 11. 12. 14. nos olim fuisse gentiles, qui ignominiosis externis characteribus inustis à Judæis circumcisis risi fuimus. Quâ nostrâ in gentilismo miseriâ, nullum nobis cum Christo commercium, ab Ecclesiæ Israëliticæ rebus alieni, promissionum divinarum exortes, omni spe salutis destituti*, Dei *in mundo expertes.* Sic à Christo, ab Ecclesia veteri Judaica, à promissionibus, à spe, à Deo, *longe antehac remoti.* Inter quos populos, Judæos & gentiles, tanta tunc differentia, ut diversitas omnium rerum, sacrarum & civilium, odium pareret immortale, ut ne conversari quidem amice illi cum his, nec cibum sumere humaniter, per leges possent. Et vel carnem suillam adipemve levem delibare, ut gentiles largiter liguriebant, Judæis religio, ita ut sanguinem prius suum funderent, quam gentilium mensæ assiderent. Nec *Petrus*, at quantus Apostolus!

longe post Christi resurrectionem ausus ex gentis regulis vel unum invisere gentilem, & bonum, & optimum, & religiosum, & ejusdem fidei ac spei jam consortem, Cornelium, sine peculiari nutu vel imperio divino, sine mensæ, divinitus apris & feris immundisque creditis animantibus onustæ præsagio. Qui, postquam vel semel, nec suo motu, sed jussus, sed compulsus, gentilem hunc amicè salutaverat, illam ceterorum à reditu meruit Apostolorum iram, ut severè illum eapropter corriperent, quasi facinus Apostolo, Judæo, indignum, Christianæ professioni inimicum, perpetrasset. Qui cogeretur, pro texenda apologia suâque innocentia declaranda, provocare ad cœlum, ad Deum, ad vim sibi cœlitus illatam.

Neque adhucdum hic nutus cœlestis, *hæc Dei in gentiles benignitas*, hæc cum Cornelio amicitia vel mensa, in exemplum trahi à ceteris poterat Apostolis, qui gentiles constanter fugerent, quos rerum tantarum participes non facerent. Donec serius, divinâ providentia, post inexplicabilem longam tolerantiam, *Paulum, Judæum* quidem *sanguine, in gentili tamen & regione & urbe*

& urbe natum, Tarsensem, Romanum civem, virum eruditum, exterarum rerum conscium, ex Judæorum gremio, non elegit, sed extraxit, quem *ad nos gentiles, Europæos*, ablegaret, *qui nosmet in consortium Ecclesiæ Judaicæ, à Christo natæ, adscisceret.* Id quod, vel fortius Petro invitatus, vehementius illo adactus, igne & fulmine illuc compulsus, non molliculis Petri dapibus illectus, proindeque Dei manu invitus eò tractus & tortus, cum tentasset, spe fortunatius, *gentilium millenis conversis*, vah, quantam apud ceteros apostolos Christianosque Hierosolymitanos, genere Judæos, invidiam incurrit!

Qui *in gentiles Dei favor & sincerus Pauli affectus*, vix ac ve vix quidem magno & solenni hanc in rem Concilio agnosci poterat. Certe tam præclara res, eam Paulo & in ipso Concilio creavit molestiam, ut *conversorum gentilium fidem*, Judæo-Christianæ parem, Dei manum apertam, prodigiorum portenta, cogeretur palam non sine sanguine objectare, inculcare, explicare. Donec, prodigioso pectoris divinitus accensi motu, Petrus, Jacobus, Dei vel gratia vel vi agnitâ, devoti ex-

clamarent, se Deo non posse refragari, sicut Cornelius vel unus nuper non potuisset excludi, Prophetarum vaticiniis adstipulantibus, quibus gentiles Deum agnituros ac celebraturos manifeste esset nunciatum. Tanti erat, *gentiles salutis ferre consortes.*

Et nec *Paulus*, inter gentes commorans, rem tantam serio agens, gentiles prius salutasse legitur, quàm Judæos in singulis, quo perveniret, locis & oppidis, domi vel in Synagogis invisisset, illis primùm, utpote primis, cœlum commonstrans; Qui si despuerent, ad gentiles vicinos, vel & cupidos itum, testibus longis Apostolorum actis.

Ita temtum à Judæis cœlum *ad nos Gentiles tandem* descendit, lumen ab illis non animadversum, nobis illuxit. Factum ergo, inexplicabili divinâ providentiâ, & plus quàm paterna in nos gentiles benignitate, ut qui tantopere differremus, tam longe distaremus, humano judicio nunquam consociandi, paribusque juribus beandi, uniremur tandem, proximi facti, eorundem beneficiorum ex asse compotes. Quam nostram gentilium fortunam

Aposto-

Apostolus palam inter gentes Ephesios professus: *Nunc, in communi Christi Jesu fide, vos, qui quondam longe aberatis, propinqui facti estis, in sanguine Christi. Ille enim est communis nostra, qui differebamus toto cœlo, gentilium & Judæorum, pax & consociatio. Ex utrisque illis dissidentibus populis unum fecit corpus, qui interjectum quondam legis Mosaicæ sepimentum, quo Judæi à gentibus aliis sejungebantur, removit ac è medio sustulit. Tanti inter illas duas gentes,* Judæos & gentiles, *odii causam & fomentum, Legem Mosaicam, præceptis & ritibus circumscriptam, in suamet carne, cum ipse esset ex sanguine Judaico, abolevit, ut duos illos,* toto cœlo dissidentes, Judæos & gentiles, *conderet in semetipso, in unum novum hominem,* utrisque novis factis hominibus, *pace* ac conformitate inter illos *instituta. Ut adeo conciliaret ambos illos,* Judæos & gentiles, *in uno corpore, Deo, per crucem, extincto isthoc odio in illâ. Post quam crucem, in qua tantum odium enectum, redux Christus, pacem nunciari jussit vobis gentilibus, qui longe ab illa spe & salute aberatis, & Judæis, qui prope erant,* in quorum sinu salus existebat. *Siquidem per illum aditum habemus utrique, gen-*

tiles & Judæi, in uno ſpiritu, ad Patrem. Non itaque eſtis amplius, ut antehac, alienigenæ & hoſpites, ſed pares cives cum ſanctis, & domeſtici Dei; ut non ſoli amplius Judæi gloriari habeant de templo Dei, ſed & vos gentiles ſimul cum illis in Chriſto, ejusdem juris, ejusdem civitatis, ejusdem domus aut templi ſitis. *Utpote qui eſtis ædificati,* ſicut Judæi de ſuo templo gloriantur, non ſuper montem Moriæ, ſed *ſuper ſolidius fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, cujus lapis angularis Jeſus Chriſtus. In quò totum hoc ex Judæis & gentibus compoſitum ædificium paribus juribus bene coagmentatum, creſcit in templum ſanctum in Domino. In quo proinde & vos gentiles ſimul ædificamini in domum Dei in ſpiritu.*

Poſteaquam ergo *orbis ethnicus in Eccleſiam miniſterio Pauli cooptatus & Chriſti ex aſſe particeps factus,* cumque Eccleſia ex Judæis collecta coadunatus, ejusdem corporis, eorundem jurium, ejusdem hæreditatis, *Epheſ. II, ſ. 6.* Evenit tandem juſtâ Dei ſeveri judicis ſententiâ, ut Judæi, qui primi extiterant, prorſus uſu ſuarum rerum & beneficiorum exciderent, ethnici ſerius adſciti res alienas ſervarent. Quo in loco

nos

nos hodie in his terris sumus positi. Christo vendito, & gentilium manibus tradito, sua jura ac beneficia, nobis, gentilibus, vendiderunt Judæi: Ut Esavus sua primogenituræ jura Jacobo quondam venundedit. Istaque occasione, cum ipso Evangelio, non solum scripta Græca, *ab Apostolis, ex gremio Judaico oriundis*, de re Christiana exarata, impetravimus, sed & *vetera Ecclesiæ Judaicæ monumenta Hebraica*, antiquam reipublicæ & Ecclesiæ formam concernentia, divino nutu sumus indepti. Ad minimum *jus illis utendi fruendi* accepimus.

Tametsi verò primi *Patres*, ex gentilibus & Philosophis conversi, pene omnes Hebraicorum fontium peritiâ caruerint, *versionibus* tamen Græcis & Latinis codicum Hebraicorum veteris Testamenti pro isthoc suo jure tantisper usi. Mox *Scythæ Getæve*, *generis Germanici*, faustissimo omine primis seculis, cum versionibus istis neutiquam acquiescendum esse viderent, vel ex Hieronymo *Fontium Hebraicorum sententiam genuinam* longis locorum catalogis perquisiverunt. Quam in rem prælonga Hieronymi ad *Sunniam & Fretelam, eruditos Getas, Germanos*, Epistola

à Jo-

à Joanne Martianæo nuper restituta, supereſt, qua illorum desideriis satisfecit, ad Fontium tenorem universa enarrans, digna, quæ à Germanis ex isto præsagio in sinu gestetur. Orditur Hieronymus epistolam, circa initium fere seculi quinti scriptam: *Dilectissimis fratribus Sunniæ & Fretelæ, & ceteris, qui vobiscum Domino serviunt, Hieronymus. Verè in vobis Apostolicus & Propheticus sermo completus est:* In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Quis hoc crederet, ut barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem, & dormitantibus, imo contendentibus Græcis, ipsa Germania Spiritus* S. *eloquia scrutaretur.* In veritate cognovi, quod non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur justitiam acceptus est illi. *Dudum callosa tenendo capulum manus, & digiti tractandis sagittis aptiores, ad stilum calamumque mollescunt, & bellicosa pectora vertuntur in mansuetudinem Christianam. Nunc & Isaiæ vaticinium cernimus opere completum:* Concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non sumet gens contra gentem gladium, & non

discent ultra pugnare. *Rursum in eodem*: Pascetur lupus cum agno, & pardus requiescet cum hædo, & vitulus & leo & taurus pascentur simul, & puer parvulus ducet eos: & bos & ursus in commune pascentur: parvulique eorum erunt pariter, & leo & bos comedent paleas: *Non ut simplicitas in feritatem transeat, sed ut feritas discat simplicitatem. Quæritis à me rem magni operis & majoris invidiæ, in qua scribentis non ingenium sed eruditio comprobetur: Ut dum ipse cupio de ceteris judicare, judicandum me omnibus præbeam: & in opere Psalterii, juxta digestionem scedulæ vestræ, ubicunque inter Latinos Græcosque contentio est, quid magis Hebræis conveniat, significem. &c.* Hæc Hieronymus de Germanis.

Movitque posthæc Deus, ab hocce sereno prævio augurio, *Cæsaris Caroli Magni* animum heroicum, ut, *Germanorum caput summum*, pro sua divinâque concessâ autoritate, *Germanis Hebræorum Fontium studia amplius commendaret*, Collegiis & hunc in finem Parisiis præsertim & in Westphaliæ gremio, *Osnabrugi* patria mea dulcissima institutis, *ut Linguæ, Latina, Græca & Hebræa*, ut expressa *in Diplomate Fundationis Collegii illustris*

illustris Osnabrugensis sunt verba, in illis docerentur. Pro quo Cæsareo divinoque in hoc Europæo gentili orbe instituto, Deo & summæ potestati grati esse debueramus.

Veruntamen *fecula* undecunque demum inter Europæos non sereniora sed indies *obscuriora* sub ingenii scholastici colore secuta, quæ barbariem ex superstitione referrent, *Fontium Hebraicorum curam pene nullam habuerunt.* Ut Europæi suis non uterentur juribus, nec opibus, qualibuscunque versionum rivulis somnolenter acquiescendo. Quæ *negligentia longam seculorum seriem traxit;* Ut credendi temeritas, de rebus Hebraicis judicandi ineptitudo, tantum non penitus possessionem monumentorum Hebraicorum manibus nostris excuteret, solisque Judæis velut rem desertam relinqueret.

Donec typographiâ felicissimo fato suscitatâ, *Judæi apud Italos, labente seculo decimo quinto,* sua isthæc, etsi & nostra, Hebraica veteris Testamenti volumina, typis describere inciperent. Quæ nova libros apte & copiose describendi ars copiam librorum Veteris Testamenti Hebraicorum & nobis tandem fecit.

Quod

Quod autem non nisi à Judæis hæc omnia essent impetranda, primæque literæ à solis Judæis discendæ, factum admirabili divina dispositione, ut *inter Christianos*, in nostro Europæo, quondam ethnico orbe, *primus omnium* assurgeret *Reuchlinus, Phorcensis*, Germanus, isque *Juris Consultus*, qui *seculi decimi sexti anno sexto*, in nostro cœlo novum accenderet *lumen*, *quod Hebraicos Veteris Testamenti Fontes monstraret, manibus omnium ingereret, nostræque gentis oculos ex veteri* gentilismo nimiopere caligantes irradiaret.

Quæ *admiranda divinæ providentiæ vestigia*, neque dignosci rectius neque æstimari dignius possunt, quàm si ipse demonstret germanus autor *Reuchlinus*, qui *gemino abhinc seculo prima isthæc Rudimenta Hebraica* fratri suo Dionysio Sacerdoti inscripturus, sui ævi stylo sic rem inauditam orditur:

JOAN-

JOANNES REVCHLIN PHORCENSIS L. L. DOCT. AD DIONYSIVM FRATREM SVVM GERMANVM DE RVDIMENTIS HEBRAICIS.

PErsæpe mihi cogitanti de communi sacrarum literarum jactura, *Dionysi frater*, quæ, *cum* multitudine sophismatum annis superioribus, *tum maxime nunc propter eloquentiæ studium & poëtarum amœnitatem, non modo* negliguntur, *verum etiam à quam* plurimis contemptui habentur: *In mentem venit tandem oportuni cujusdam remedii, ne sancta Bibliæ scriptura vel aliquando tota pereat, & simul animarum nostrarum progressus cum svavi cantu Sirenum, quas ne Ulysses quidem audiret, ad inferos abeat. Ad istum autem modum ei periculo succurrendum putavi. Primum omnium cum sit in animis nostris (nescio unde) insitum multæ varietatis desiderium; quo fit ut versetur in ore illud adagium: Vilescit quotidianum: Erit* necesse, veterem sanctarum literarum dignitatem in novam faciem, latinis hominibus hactenus inco-

incognitam, reverti; *ut nimia familiaritate quotidianæ lectionis explosa*, novum & nativum in divina scriptura dicendi genus, *quale os Dei locutum est, nosmet ipsi non sine* quadam inauditi ac recentis nuper studii admiratione *apprehendamus. Tunc enim* tollitur omnium interpretationum commune fastidium, cum illa ipsa veteris testamenti biblia in sua primordiali *hoc est* Hebraica lingua & legi à nostris & intelligi possit, *haud secus neque alio more atque primaria ejus institutio à summo rerum conditore inchoata desiderat. Quod plane fieri nequit, si non* prius Hebraicorum vocabulorum proprietatem & veram conditionem sermonis, à quo fonte omnis theologia scaturivit, *avido conatu libenter assequamur. Cujus doctrina quamvis sit puerilis, tamen quia* subtilior quædam cognitio, quam ea literarum ratio alit, *consuetudo hebraicæ loquelæ ac vetustissimorum librorum lectio crebra confirmat, ex ea perceptione oritur, non tantum non venit contemnenda, verum etiam tanquam omnium præstantissima non aliter quam liberi nostri infantes exosculanda, & totis brachiis amplexanda. Cum igitur hebraicæ bibliæ passim in Italia imprimantur,*

quas sibi quisque pauco ære mercari facile queat, neque *tamen* ex omni literatissimorum hominum numero in hunc usque diem inventus sit unus vel item alter, qui prosanctissima theologia linguam hebraicam grammaticorum more christianis demonstraret, *fortasse quod vel* tantum laborem majores nostri fugerunt, *qui prope mea sententia est infinitus, vel suæ dignitati putavere impar, quod summis divinarum humanarumque rerum disciplinis relictis, quasi ludimagistri ad puerilia elementa se converterent:* Ego miseratus tam sanctas literas, indolui, mea ætate studiosos diutius hebraicæ linguæ scientia carere. *Quapropter illorum ingenio favens* ausus sum, *licet supra modum forsan temere*, primus omnium, *& tam grave pondus meis humeris imponere, & simul offerre me latratibus mordacium, utinam Judaicis solum.* Neque à dignitate viri docti reputavi alienum ad elementaria consortia declinare: *Aurelii Opilii exemplo, qui non est dedignatus philosophiam primò, deinde artem rhetoricam, novissime grammatica sectari. Nihil aliter de Ateio Prætextato philologo Svetonius Tranquillus testatur. Simile quoque de Valerio Catone, qui dictus est Latina Syren.*

Fateor

Fateor itaque circa literarum rationem puerorum esse studia, & esse me etiam eo nunc provectum, ut partim me Philosophum *partim* Juris Consultum *arbitrentur, his de causis maxime, tum quod ex* Capnione *nostro, quem edidimus,* De verbo mirifico, *non nihil quod veræ philosophiæ accedat, sibi persvadeant posse exantlari, tum quod* jam annos complures *super fortissimis Svevis confœderatos principes* dignitatem Triumviratus non ambitione sed electione mera sim consecutus, eumque honorem usque in hunc diem servare me sentiant inconcussum atque sanctum. *Attamen* nihil me hujus elementariæ artis dispudet, *quoniam ab ineunte protenus adolescentia illud ipsum ex usu mihi fuit estque in more semper, contemplationibus magnis ludicras disciplinas adjungere, semper discendo docere, si non summos viros, at infimates. Postea enim quam* anno ætatis meæ duodevigesimo *Prisciani Cæsarienſis literaria studia* in schola Parisiorum *aggressus sum, biennio post apud Rauracos dictionarium collegi, quem appellavi Breviloquium. Eo tempore, atque eodem,* Basileæ cis Rhenum, *in loco,* sub Andronico Contoblaca natione Græco linguam Græcam didici, quam *elapsis inde*

quatuor annis inter Gallos primo apud Genabum *quas nunc* Aurelianas *vocant*, *seminavi*, *ubi tempore protracto* & Juri Civili dedi operam, *& fui a doctoribus* honore Papinianistarum decoratus, ANNO DNI. M CCCC LXXIX. *Vide mi frater quanta circumspectione vitam duxi. Nam universam stipem quam discendo impendi docendo acquisivi.* Simul *enim* & didici latinorum jura & docui Græcorum præcepta, *de quibus* tunc artem grammaticam Græce conscripsi, *cui titulus extabat* Μικροπαιδεία *id est Micropædia;* Eam anno post Pictonibus Galliæ Aquitanis publice legi, *atque* illic in Jure Civili Cathedram merui. *Regressus inde in Sveviam uxore mihi ducta* sumpsi Doctoris insignia, populares causas apud tribunalia & judices exercens. *Cumque* me ad Serenissimum Imperatorem Fridericum tertium *inclytus* Princeps Eberhardus Probus, *qui postea in splendidissimis Vangionum Comitiis à Max: Æmiliano Romanorum rege uno imperii consensu Dux primus Wirtenbergensium auctoratus est*, de cujus patriciis ego quoque Consul eram, (ablegassetː) *Tum* reperi ea in legatione Judæum, *doctum simul atque literatum, nomine* Jacobum Jehiel Loans,

Loans, *imperiali munificentia* & doctorem Medicinæ & Equitem auratum. Is me *supra quam dici queat fideliter* literas Ebraicas primus edocuit. *Post vero* legatus Romam ad Alexandrum sextum, *qui reliqui fuerant ea in lingua Canones, eos* à Cesinatensi Judæo *scilicet* Abdia filio Jacobi Sphurno *petivi*, qui me quotidie toto legationis tempore *perquam humaniter* in Hebraicis erudivit, *non sine insignis mercedis impendio. Quod idcirco germane frater ad te scribo, ut animadvertas, & sæpius cum tua mente revolvas*, quantis laboribus, temporibus & impensis Hebraicæ linguæ sola initia sortitus sim, *quæ tibi nunc longe uberiora trado quam acceperim.* Dictionarium *enim* Hebraicum *multo & acri studio* solus confeci & *exercitamenta cœtera quæ tibi & oculis & animo videre licebit. Sane recordatus miseros nostra ætate Judæorum casus, qui non tam ex Hispaniæ quam etiam Germaniæ nostræ finibus pulsi, coguntur alias sibi sedes quærere atque ad Agarenos divertere, quo futurum est, ut tandem Hebraica lingua, cum sacrarum literarum magna pernicie, penes nos posset desinere atq; evanescere*; Mecum ipse constitui, ad tradendam Christianis Hebraici sermonis peri-

tiam, *hoc libro prima fundamenta jacere, pro Clementis Papæ VII sacra constitutione de magistris lata.* Quod cum ante me inter Latinos nemo feciſſe appareat, *ſpero inde gratiam haud mediocrem*, & apud poſteros *laudem absque invidia non intermorituram consequi.* Hæc Reuchlinus.

Quod in Europa, in noſtro ethnico quondam ſinu, *pro Hebraicorum ſacrorum voluminum ſtudio inter Chriſtianos inſtituendo*, tentamen primum, magni inter poſteros operis molimen, claudit Philologus, Jurisconſultus, memorabili hoc ad fratrem alloquio:

Finem docendi faciam, tu verò diſcendi nunquam, ſi modò ſapis. *Cum enim nulla ſit poſſeſſio doctrinâ honeſtior, tum ea videri debet honeſtiſſima, quæ circa res ſummas & admirabiles verſatur, ut ſunt hæc Rudimenta, quæ tibi & per te omnibus arcanæ philoſophiæ cupidis puerili licet artificio præbebunt iter ad perſcrutationem profundiſſimarum ſcientiarum. Cui graviſſimus adſtipulatur teſtis, ille* imperii Romani nobilis & generoſus comes, Johannes Picus Mirandulanus, Philoſophus, *in ſuis concluſionibus, cum ait:* Qui ordinem

He-

Hebraicæ linguæ profunde & radicaliter tenuerit, atque illum proportionabiliter in ſcientiis ſervare noverit, cujuscunque ſcibilis perfecte inveniendi normam & regulam habebit. *Et ſanctus vir* Hieronymus *ad Paulam Urbicam de alphabeto Hebræorum*; Quid hoc, *inquit*, ſacratius ſacramento? Quid hac ſacramenti voluptate jucundius? Qui cibi, quæ mella, ſunt dulciora? quàm Dei ſcire prudentiam, & in abdita ejus introrare. *Unde* Rabbi Moſes filius Nachman Gerundenſis, *in exordio Commentariorum Geneſeos, longo ſermone probare conatur, Salomonem regem omnes ſapientiæ ſuæ influxus de Pentateuchi literis hauſiſſe. Quo tandem motus ego, Dionyſi amantiſſime, poſtquam ad percipiendam Græcorum linguam annis ſuperioribus te puerum adjuncto pædagogo Florentiam, tunc optimarum literarum altricem, non ſine meo magno impendio trans Alpes è Svevia miſi, quatenus biennium penes egregia ſanctitate virum illum, Georgium Veſpucium, aſſiduus menſæ ſuæ ac hoſpitii ſocius, Angelum Politianum, Marſilium Ficinum, & Demetrium Chalcondylen, ceterosque peritiſſimos homines, quotidie audires, nolui etiam huic decori tuo deeſſe, quin Hebraica nunc ſacerdos*

addiſceres. Præſertim cum noſtrates Judæi, vel invidia vel imperitiâ ducti, Chriſtianum neminem in eorum lingua erudire velint: Idque recuſant cujusdam Rabbi Ami autoritate, qui in Talmud במסכת חגיגה ita dixit: אין מוסרים דברי תורה לגוי שנ׳ מגיד דבריו ליעקוב חקיו ומשפטיו לישראל לא עשה כן לכל גוי: *Verbum è verbo ſic:* Non explanantur verba legis cuiquam gentili. Eò quod ſcriptum eſt: Qui annunciat verba ſua Jacob, præcepta ſua & judicia ſua Iſraël. Non fecit ſimiliter omni genti. *Nobis autem in ſtatu gratiæ aliter mandatur, Matth. 10. Quod in aurem auditis, prædicate ſuper tecta. Quod & ego facio. Teque imitari jubebo. Et pro hoc ergo memento mei Deus, & parce mihi ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, Amen. Exegi monumentum ære perennius Nonis Martiis Anno M D VI.*

Qui *primi novæ lucis radii* imperitos & obſcuros homines, Orthwinos, ſociosque in variis Academiis, invidos, veros barbaros gentilium nepotes, ſceleribus merſos, epicuri de grege porcos, tantopere ut præviderat, offenderunt, ut fumum Hebræo Hebræisque rebus apparārent, quod horrendum, qui nil niſi fumum vendere didicerant, Getarum Germanorumve

abortus,

abortus, ſanguinis Europæi monſtra, publica dedecora, Præter bonos ergo & ſapientes viros, qui Reuchlinum, JCtum virum magnum ſecuti, fontes Hebræos conſulere diſcerent, communis ſeculi ruditas ita in Reuchlinum multis annis debacchata, furiarum inſtar, ut Chriſtianum ſenſum illos plane exuiſſe appareret. *Hæc primæ inter Germanos lucis fortuna, cœleſtis beneficii impatiens*, quæ tenebras mallet quam lucem, ſtuporem præ ſenſu. Interea verò, dum Capnio ſeu *Reuchlinus* noſter, *quem totus orbis, ut linguæ hujus oppreſſæ vindicem fortiſſimum juxta ac peritiſſimum ſuſpicit, colit, amat*, ingenue & palam pronunciante *Wicelio, Romanæ Eccleſiæ membro, viro gravi, in Oratione in laudem linguæ Hebraicæ*, Lipſiæ Ao. 1538. editâ: Dum inquam Reuchlinus hanc arduam Hebræorum Fontium rem verſat, inter tot ringentes canes: Divinum Numen *in Hiſpania* ex Monachi & Provincialis Franciscani tenuiori ſorte, immani paſſu, *regni Primatem* conſtituit, probum & eruditum virum, FRANCISCUM XIMENES. Qui, Archi-Epiſcopi Toletani & Cardinalis fulgore eminentiſſimus, cum literas Latinas

Græcas, Hebraicas & Chaldaicas didiciſſet juvenis, autoritate & opibus jam inſtructus, ducentorum millium ducatorum annuis reditib⁹ beatus, poſt opulentiſſimam Bibliothecam ſuſcitatam, *Fontibus Hebraicis, cum Targum & Græca verſione, Novoque Teſtamento edendis, magnificentiſſimo inſtituto ætate jam gravis ſe dedit.* Quo fine ultra duodecim millia imperialium in ſola antiqua Manuſcripta, huc facientia, comparanda liberaliſſimus impendit. Quod memorabile & ſub Europæo cœlo nunquam ante viſum opus, verè venerabile, & à poſteris inter devotiſſima oſcula amplexandum, gentilis noſtri orbis decus, Chriſtiani cœli gloria, æternum poſteritatis gaudium, circa annum illius ſeculi decimum ſeptimum proxime ante viri obitum feliciſſime abſolutum. Cujus divini conſilii ſcopum & ſucceſſum ex ipſiusmet Hiſpaniæ Primatis epiſtola operi præfixa non ſine voluptate pervidiſſe juverit. Ut intelligat noſtra ætas & ſecutura, eaque ſera, ſicubi literis & veritati & virtuti erit locus, quantæ fuerit molis, cujus difficultatis, in orbe noſtro Europæo, ethnico cœlo, Hebræos nanciſci fontes. Ad quos *Reuchlinus*,

omnium

omnium primus, ICtus, Philologus, Philosophus, non Theologus, noſtram invitavit gentem. Quod enim ſacra profeſſi penitus hæc ignorarent, fugerent, odiſſent, arcano conſilio excitandus fuit celebris *Jurisconſultus*, qui quod illi, quorum fuerat, neſcirent, ſtupidi, quod deteſtarentur impii, gentilibus proavis turpiores, hic juris viâ, juris præſidio, religioſior produceret, illisque largiretur. Quæ *gloria ordinis Jurisconſultorum* eſt eritque æterna, *Fontes Hebræos Theologis dediſſe*, ut haberent, unde quod illorum profeſſione dignum, cognoſcerent. Par ratio & *Franciſci Simenii*, divino arbitrio. Qui cum primùm in Academia *Juris ſtudio* ſe dediſſet, ſacra tandem adjecit, Fontes præcipue, ut Sacerdotii beneficio frui aliquando contingeret. Quod Fontium ſtudium, quod ſenex erat orbi univerſo magnifice commendaturus, ut coleret ſollicitius, digne rem tantam olim confecturus, de receſſu etſi difficili ex improviſo illi mirabiliter proſpexit Deus, ubi otium eſſet hæc attente verſandi. Immeritum ab Archi-Epiſcopo tunc Toletano, virulento homine, carcere claudi contigit, ubi rerum omnium Fontes ſacros expendere

dere vacaret. Ex genere namque nobilitatem, sed ex fortuna paterna penuriam ex hæreditate sortitus, cum sacerdotio pro vita honeste transigenda immineret, atque tali titulo, quo in patria primo loco vacante potiretur, Romæ quo iverat beatus esset, jam jam Archipresbyteratum Usedensem vacantem occupaturus, invidiâ Archi-Episcopi Toletani, Alphonsi Carillo, est excluſus, qui beneficium alteri Capellanorum suorum impertitit. Quam injuriam cum ægre ferret Ximenius, suumque jus urgere videretur, violentia ArchiEpiscopi in carcerem illum tantamque virtutem detrusit, utpote qui suo Pastori refragaretur. Quod iniquissimum fatum miserata cum aliis viris integris & Archi-Episcopi soror, Comes de Bondiana, quæ precibus illum è carcere liberaret. Ex diœcesi ista nihilominus fugere jussus, ut à furore Archi-Episcopi abesset longius. Qui uterque molestus quamvis recessus, quem invidia & injuria imperaverat, divinâ destinatione *Fontium sacrorum & Antiquitatis studia*, pro solitudinis quiete, commendavit. *Il adoucit*, inquit Bullartus, *les ennuis de sa retraite, comme il avoit fait ceus de sa prison, par la lecture*

des

des plus graves autheurs de l' Antiquité, & par une etude ſerieuſe des langues, Hebraïque, & Chaldaïque ; dans leſquelles il ſe rendit ſi intelligent, &c.

Sic luſit in humanis divina potentia rebus, ut vel in tenebris carceris, anguſtiisque refugii, Fontium ſtudio diſceret miſereri hominum, ſacrorumq́; virorum, qui in ſumma ſua libertate ac dignitate tenebris merſi ægyptiis luce indigerent ſacra, ex Hebraicis ſacratiſſimis voluminibus accendenda. Affligendus ergo prius, macerandus duro carcere innocentiſſimus Hebræus Joſephus, Ximenius, ut ſomnia hominum, religioſorum præſertim, caliginem communem detegere, lucemque veritatis Fontibus Hebræis oblatis accendere ſuſtineret. Sic moleſtiæ, illi ab Epiſcopis creatæ, injuriæ ab iisdem illatæ, viam monſtrarunt ad lucem ſerenam. Nec ſine pulcro omine evenit, hunc Joſephum, Hebræum Ximenium, in illum fuiſſe carcerem à religioſis præcipitatum, in quo ſimiliter antehac, ſimilibus injuriis excarnificatus delituiſſet Joannes Zeresvella, qui ex illo latibulo injuſto tandem evaſiſſet in Archiepiſco-

episcopi Toletani sedem. Quod uti Ximenio Presbyter aliquis commemorarat, somnii velut interpres, & Ximenio tandem, Josepho Europæo, Hebræo tamen, Deo gubernante, inexpectato & mirabili fato evenit. Nobis esto satis, penetrasse *divini regiminis semitas, quibus Fontes Hebræi nobis in Europa ex gentibus oriundis fuerunt commonstrandi.* Nec enim Josephus Ægyptum servasset, Hebræi sanguinis, nisi post caliginem servitutis in lucem evasisset dignitatis. Prorex Josephus, Prorex Ximenius, utrique Hebræi, ille sanguine, hic doctrinâ, uterque Ægypti salus, uterque unus, cui nemo par. Quemadmodum ergo *Reuchlinus*, *JCtus*, ita & *Ximenius*, *maximum curiæ Hispanicæ sidus*, uterque civilium rerum compos, uterque curialis, Fontes nobis compararunt Hebræos. Quod à nullis Monachis, à nullis sacris doctoribus, à nullis Academicis, expectari poterat, à Jurisperitis, à Curialibus, apparari oportebat. Hoc Fontibus dignum! Hic honos, hoc decus, hoc præsidium, Fontibus sacris debitum, divino ordine. Quod illi nescirent, vel temnerent, hi curare, hi tradere, hi ornare instituerunt, omnium jurium antistites.

De-

Dedere igitur hi, pro sua professione, unicuique quod suum. Dedere Theologis Fontes sacros, ut foro justitiam. Pro quo dono æterna illis debebitur apud omnes posteros gratia, quam & illis *meo etiam & publico Philologiæ nomine* hodie, gemino post illos seculo, juste perago, *Philologo Reuchlino, Philologo Ximenio, Philologis Hebræis*, primis, optimis, magnis, æternum victuris. Idem dicent, idem explicatius repetent, melius adhuc edocti *proximo exhinc seculo Anno 1808.* atque illustrius *altero Ao. 1908.* sapientiores posteri, Deo dante, in cujus manu positum, vel supinæ nostræ negligentiæ parta bona rursus subducere, dum elabi sinimus, vel lucem indies reddere sereniorem, pro usu nostro frequentiori, atque attentione majore. Nec enim existimabimus, nos his seculis jam attigisse metam, Fontesque absorpsisse, qui vix ac ne vix quidem extremis gustavimus labris, per seculorum injuriam, contemptum, socordiam, imperitiam, ac scholæ arrogantiam. Dormimus, ludimus, potamus; nec mirum adeo si excidant oculis manibusque potissima. Quod intelligent ac pervidebunt posteri, ocula-

oculatiores, circumspectiores, attentiores, nobisque gloriam somni & quietis dabunt sine controversia.

Sed *Ximenium* jam tandem lubet audire, operi suo præfantem:

Ad sanctissimum ac clementissimum Dominum nostrum, D. Leonem Decimum, divina providentia Pontificem Maximum, Reverendissimi in Christo Patris ac Dni. D. F. Francisci Simenii de Cisneros, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis Hispaniæ, Archiepiscopique Toletani ac regnorum Castellæ Archi-Cancellarii &c. in libros veteris ac novi Testamenti multiplici lingua impressos, Prologus.

Multa sunt, Beatissime Pater, quæ ad excudendas impressoriis formis originales sacræ scripturæ linguas *nos incitarunt. Atque hæc inprimis: Quod cum uniuscujusque idiomatis suæ sint verborum proprietates, quarum totam vim non possit quantumlibet absoluta traductio prorsus exprimere: Tum id maxime in ea lingua accidit, per quam os Domini locutum est. Cujus litera, quamvis ex se mortua sit & velut caro, quæ non prodest quicquam: (Nam spiritus est qui vivificat) Quia tamen Chri-*

Christus verborum figuris velatus intra ejus uterum manet inclusus: Non dubium, quin tam admiranda sit fœcunditate repleta, tam exuberanti mysteriorum copia cumulata, ut cum plena semper sit & redundans, flumina de de ventre ejus fluant aquæ vivæ: Unde hi quibus datum est revelatâ facie gloriam Domini speculari, ut in eandem imaginem transformentur, possint assidue haurire mira divinitatis ejus arcana. Quippe cum nulla dictio, nulla literarum connexio esse possit, ex qua non emergant & veluti pullulent reconditissimi cœlestis sapientiæ sensus. Ex quibus cum non possit eruditissimus quisque interpres nisi unicum explicare: Necesse est, ut post interpretationem maneat adhuc scriptura gravida, variisque ac sublimibus intelligentiis plena, quæ nequeant aliunde, quàm ex ipso archetypo linguæ fonte cognosci. Accedit, quod ubicunque latinorum Codicum varietas est, aut depravatæ lectionis suspicio (id quod librariorum imperitiâ simul & negligentia frequentissime accidere videmus) ad primam Scripturæ originem accurrendum est: Sicut B. Hieronymus & Augustinus, ac ceteri Ecclesiastici tractatores admonent: Ita ut librorum veteris Testamenti sinceritas ex Hebraica veritate, Novi autem ex Græcis

exemplaribus examinentur. Ut ipsa igitur originalia in promptu haberet quicunque divinarum literarum studiosus, possetque non solis rivulis esse contentus, sed ex ipso fonte salientis aquæ in vitam æternam sitim pectoris extinguere, jussimus archetypas sacræ scripturæ linguas cum adjunctis variarum linguarum translationibus impressioni mandari, *Sanctitatis tuæ nomini dedicandas. Nam cui potius universæ vigiliæ nostræ dicandæ sunt, quam Apostolicæ isti sedi, cui omnia debemus. Aut quis libentius sacros Christianæ religionis libros suscipere & amplecti debet, quam sacer Christi vicarius. Accipiat igitur Sanctitatis Tua læta fronte munusculem, quod in Domini gazophylacium offerimus*: Ut incipiant divinarum literarum studia hactenus intermortua nunc tandem reviviscere. Hæc Hispaniæ Primas.

Quod tam magnum & Ecclesiæ saluberrimum sacratissimum opus, cum vix ac ne vix quidem ante obitum suum perfectum atque finitum vidisset Ximenius, d. 9. Nov. 1517. in cœlum abiit, unde hoc agere jussus erat, Deo fata operis novi & salutaris coram commissurus, qui præauguraretur molesta ejus apud imperitos ipsosque religiosos viros fata. Etenim

Etenim opus confectum ipso vivo, mox ab ejus obitu tristibus tenebris mancipatum, Leone X. Pontifice jubente, ut in nullius conspectum venire audiret: ita quidem ut ne plagulas quidem componere, aut in ordinem redigere liceret. Quæ injuria in tertiam duravit annum, ut tam vasti laboris & infiniti usus opus luci negaretur. Idque hoc colore, quod Ximenius edendi licentiam à Pontifice non quæsivisset, Hispaniæ Primas, Cardinalis, Fontes Hebræos daturus. Donec Ao. MDXX. mense Martio, post longas supplices preces, executores Testamenti Ximeniani, viri magni, publicandi facultatem à Leone impetrarent. In cujus triennalis caliginis, quæ tam salubre opus Fontium sacrorum, prima magna inter Christianos conamina religiosissima, indignis modis pressit, memoriam, jungere licebit literas Pontificis pro dato privilegio. Illa quippe ætate nemo impune Hæbræus, nisi prius probe vellicatus & undiquaque sectus. En ergo Leonem:

Venerabili Fratri Francisco Episcopo Abulensi, & dilecto filio Francisco de Mendoza, Archi-Diacono de Pedroche in Ecclesia Cordubensi; vel eorum alteri, Leo Papa X.

Venerabilis frater & Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum relatione Venerabilis Fratris Bernardini, Episcopi Sabinensis & dilecti filii, nostrorum, Ægidii, tt. S. Matthæi, Presbyteri Cardinalis, nobis facta, intelleximus, quod inter alia, quæ bonæ memoriæ Franciscus, tt. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis, antequam ab humanis excederet, summa cum laude absolvit, extet opus novi & veteris Testamenti, Novi videlicet in Græco & Latino prædictis, nec non Hebræo & Chaldæo sermonibus, ab eodem Francisco Cardinale multa cum vigilia & doctorum consensu compositum, & usque ad sexcenta volumina vel amplius, impensâ ejusdem Francisci Cardinalis impressa. *Sed cum post impressionem hujusmodi subito dictus Franciscus Cardinalis morte esset ablatus*, & noster ad publicationem dicti operis consensus petitus non esset, nequivit hactenus opus ipsum ad doctorum manus & publicam utilitatem, cui erit fructuosum, advenire. *Manet insuper voluntas dicti Francisci Cardinalis, in illius testamento notata, pro parte inexecuta: Et est ex pretio, pro quo dicta volumina vendentur, explenda.* Unde nos indignum existimantes, quod hujus-

hujusmodi opus amplius cum publicæ utilitatis jactura lateat, & *pia tam imitabilis viri voluntas diutius debita executione frustretur, & utrique damno nostræ provisionis ope subvenire volentes, motu proprio & ex certa scientia nostra* opus præfatum comprobantes, & ut tale in lucem per doctorum & aliorum manus libere de cetero venire possit concedentes, *discretioni vestræ, qui, sicut accepimus, ex executoribus dicti Testamenti estis, per hæc scripta mandamus, quatenus volumina prædicta pro pretio de quo melius agi poterit, etiam sine aliis dicti Testamenti executoribus, si qui sint, diligenter vendi procuretis, & faciatis ex ipso pretio dictam voluntatem juxta vires ejusdem pretii adimpleri. Et ne aliquod dictorum voluminum non venditum maneat, inhibemus universis & singulis tàm Ecclesiasticis quàm secularibus personis cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis sint, sub excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi à nobis ipsis vel de nostro speciali mandato præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, nec non mille ducatorum auri de camara per quemlibet transgressorum solvendorum, & quos fabricæ Basilicæ S. Petri de*

Urbe & noſtræ cameræ paribus portionibus applicamus, eo ipſo incurrendis pœnis, ne opus prædictum ab alio, quàm perſona vel perſonis per vos vel alterum ex vobis ad id deputatis pro tempore usque ad ſeptennium à die inchoatæ venditionis hujusmodi computandum emere, vel illud durante ſeptennio hujusmodi imprimere quoquo modo præſumant. Si verò temerarie inhibitionem hujusmodi, quod abſit, præterire non expaverint, vobis & veſtrum cuique transgreſſores prædictos excommunicatos denunciandi, & eos ut tales evitari mandandi, nec non pœna quingentorum ducatorum hujusmodi ſingulariter multari, & quævis alia deſuper neceſſaria ſeu oportuna faciendi licentiam & facultatem tenore præſentium elargimur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceterisque contrariis quibuscunque Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Martii MDXX. Pontificatis noſtri anno octavo.

Quâ tandem aliquando facultate impetratâ, Executores Teſtamenti, laudati viri maximi, plagulas componi & in ordinem redigi curarunt, ut ad diſtributionem & uſum publicum exemplaria aptarentur,

rentur, quorum quodlibet sex circiter ducatis veniret, ipsis ad Præfationem novâ plagulâ insertâ testibus, vel ægris ex iniquo fato, vel lætis ex fortuna meliore.

Ceterum, quando in *hoc primo in Europa magno Fontium sacrorum opere*, non solùm veteres, *Chaldaicam* & *Græcam versiones*, cum Lexicorum adjumentis, sed & omnium *latinas addidit translationes*: Ita primo isthoc conatu orbi Europæo hæc sufficere autumavit, ut pro *Hebræi textus versione Vulgatam Latinam* jungeret. Quod etsi incongruum, & vulgatam Latinam Hebræo male respondere intelligeret, tempori tamen serviendum pervidit, cujus ignorantiam non magis ac superstitionem simul debellare non credidit consultum: Satis se ausum ratus, quod Fontes Hebræos cum Chaldaicis & Græcis antiquis versionibus, populo partim ignotis partim suspectis & invisis, primus tradidisset. Quod profecto non fuisset successurum nisi regni Primas extitisset. Ista itaque timiditas, prudentiæ juncta, latinam vulgatam non emendandi, multo minus *novam meliorem latinam Fontium versionem* adornandi, vitio non vertenda viro summo, magni alioquin

animi, qui ex totius Monarchiæ regimine, quod cum ſtupore omnium abſentis regis nomine geſſit, ſolis inſtar effulſit. Nimis namque delicatum negotium, vulgi perſuaſio, quæ nec armis vinci, nec vi expugnari poteſt. Superſtitio non corrigitur, niſi temporis beneficio, quod fucum & ineptias ſponte tandem detegit, ſi accedat divinâ providentiâ aliquis, ſuperiori autoritate fultus, qui populi errorem vellicet aut quaſſet. Nec ergo damnanda *Ximenii tolerantia*, *& vulgo tantiſper connivendi prudentia*, quam omnis regiminis regula ſuadet, ipſiusque Chriſti æterna ſapientia perenni ſuâ irreprehenſibili praxi abunde & ſancte confirmavit. Diſcipulis, Judæorum rebus faſcinatis, ſpe vanâ regni terreni imbutis, non ſimul ac ſemel tantos exemit Judaicæ gentis errores, ſed ſenſim ſenſimque emollire inque meliorem veritatis ſenſum perducere humaniſſime allaboravit, imbecillitatem mentis ex publico plebis faſcino patientiſſime tolerans, ne veritas offenderet magis qvàm juvaret. Meſſiam non moriturum, tam firmiter Petrus, Apoſtolorum primus, vel cordatiſſimus alioquin perſuaſus, ut cum

ex

ex Christo mortis suæ nuncium audiret, offensus, Christum ab itinere retracturus, gravissime à Christo reprehenderetur, Satanæ cognomine territus. Alii cum primas in regno partes quærerent, à dextra & sinistra sedem præ humanissima imbecillitatis in communi persuasione tolerantia non negavit, sed ad Patris sententiam sapientissime ablegavit. *Multa*, ait ante obitum, *haberem quæ vobis dicerem, sed non potestis capere.* Quidni ergo & incomparabili primo Fontium Hebræorum instauratori Ximenio dabimus, cum laude, quod vulgi tolerantiâ spem lucis & salutis acquirere maluerit, posterisque fortunatioribus plusculum relinquendum crediderit. Agnovit *in ipsa Romanensi Ecclesia Georgius Wicelius*, vir eruditus & ingenuus, *hunc Ximenii timorem*, quem miratur, maluissetque cordatiorem, versione latinâ novâ pro veteri vulgata sine metu surroganda. Cujus *de Ximenio judicium*, ratione instituti, *pro veteri versione tantisper servanda, donec ab alio pararetur melior*, lectu dignum. Quamobrem, quod ante aliquot annos cum aliis Wicelii rebus philologicis edidimus, hic in gratiam eruditorum resuscitare par erit, quod versionum emendandarum necessitatem recte demonstrarit. GEOR-

GEORGII WICELII PRESBYTERI JUDICIUM DE XIMENII ILLUSTRI OPERE HEBRAICORUM FONTIUM, ET DIGNA LATINA VERSIONE ADORNANDA.

EX TERTIO OPERUM EJUS TOMO.

Die Geschrifften alle, von uns ingemein die Bibel genennt, seynd allen Nationen, nicht unser Germanien allein, von GOTT darum gnädiglich zu Hauß geschicket, daß wir sie lernen sollen. Dieweil alle andere Bücher, sie heissen Erzt- oder Juristen-Bücher, hiergegen wie Strob gegen Perlen gerechnet seynd. Denn hie wird der Seelen gezeigt, wie sie nach Absterben des Leibes zum Himmel komme, und bey ihrem Schöpffer und Erlöser ewiglich herrsche und lebe.

Soll man nu die Schrifft lernen und wissen, so muß man einen gewissen standhafftigen Grund haben, welches da ist der Buchstabe. Was ists, daß die Biebel so offt Lateinisch, Deutsch, Hispanisch, Behmisch &c. gedruckt wird, daß so viel darüber Commentarios, Scholia, Exe-

Exegeſes, Eθheſes, *oder wie ſie ihm itzt Nahmen geben, mit vieler Arbeit ſchreiben, daß ſie allenthalben geprediget, geleſen und geſungen wird &c. wenn man der Subſtantz der Bibel nicht gewiß iſt? Leſen, predigen und ſingen ſoll man drum nicht nachlaſſen, aber nichts deſtoweniger ſoll man zuförderſt auf eine gewiſſe* Interpretation *trachten, mit welcher die Chriſtenheit verwahret wäre.*

S. Hieronymi *Mühe tadeln wir gar nicht, ſondern loben ſie vielmehr, und behalten ihm den Vorlauff für allen Dolmetſchen, allein darum, daß er der erſte in dieſe Erndt ausgangen iſt. Daß aber drum alles ſo gewiß ſey an und bey ihm, ſage ich nicht. Andere ſeyns, welche es ohnheling ſagen.*

Und obs zu ſagen wäre, daß ers alles recht und gut dolmetſchet hätte, ſo iſt doch viel, ſeint er gelebet, durch mancherley ungelehrte Ausſchreiber und Drucker ſcheußlich verendert und verderbt, welches Unrahts Schuld Hieronymo nicht gegeben werden kan. Deß zum Exempel will ich etliche derſelbigen Orte anzeigen.

Nehem. VI. *hat Hieronymus ohn allen Zweiffel* conciderent *geſchrieben, aber daraus haben ſie die läng* conſiderent *gemacht.*

Denn

Denn Naphal *heißt ja nicht* considerare. *Aber siehe, wie ein Buchstäblein das gantze Wort verkehret.*

Und Esræ IX. *lesen wir* spem, *das nicht stehen kan: denn* Gader *ist nicht Hoffnung, sondern ein Zaun oder Maur. Und Hieronymus wird derhalb freylich nicht* spem, *sondern* sepem *geschrieben haben. Welches darnach ein Unverständiger hat meistern wollen.*

Item Amos VII. *wird* gregis *für* regis *gesagt. Und* Cap. VIII. messis *für* mensis. *Desgleichen* Gen. XX. *lesen wir von* Sara deprehensa, *welches allerdings unrecht ist, daß Hieronymus nicht also wird gesetzt haben, sondern ehe ein* r *für das* d, *nemlich* reprehensa, *wie es denn heissen muß.*

Item Lev. XVI. *lesen wir* sortium, *so es* sordium *heissen soll. Aus* Lib. Ecclesiastici XLIV. *wird in den Missalen* de Confessoribus *gelesen,* coronam, *und solte* coram *heissen, wie auch die Lateinische Bibel hält. Und wird auch in einer Lateinischen Bibel* currus *gelesen, da* Eurus *stehen solt,* Job. XXXVIII. *Wer wolt hierwider streben, und Hieronymum ohn Noht verteidigen, so dieser Irrthum Hieronymi Schuld nicht ist? S. Hieronymus klagt selbst über die Verfälschung des Biblischen*

schen Texts, da sie auch vorzeiten aus dem Ebreischen Wort Mincha, *welches ein Opffer heist,* Manna *in den Lateinischen Büchern gemacht und geschrieben haben. Sagt,* Pessima consuetudine, imò scriptorum negligentia. Super Hieremiæ Cap. XVII.

Gen. XLIX. *haben wir im Latein* servus, *so es gewißlich* cervus *heissen soll. Und müste einer ein grober Phantast seyn, der hinfort* servus *drum lesen wolt, weils im Latein steht, und nicht so mehr* cervus, *weil diß die Ebreische Wahrheit erheischet.*

Judic. XI. *lesen wir* adultera mulier, *und solt doch* altera mulier *gelesen werden, welches auch der Schreiber schuld ist. Wie sie auch* 1 Reg. XIX. *haben* cecinit *geschrieben, da Hieronymus* cecidit *gesetzt hat, und* 1 Par. XI. Domini, *da Hieronymus erst* Damim *geschrieben. Also auch* Esa. LX. *wird Hieronymus* militia *dolmetschet haben, das hat darnach etwa ein Sudeler zu* malitia *gemacht, so doch* Zeba *nicht kan Boßheit seyn. Sonst müste einer* Deus Zebaoth *dolmetschen, GOtt der Boßheiten.*

Und Job. XIX. *lesen sie zu Chor* celte, *so doch Hieronymus* certè *geschrieben, wiewol im Ebreischen Job weder* celte *noch* certè *steht.*

Das

Das sage ich um der halßstarrigen Zäncker willen.

Hier. IX. *steht in einem Exemplar,* tenuerunt, *welchs ja nicht bestehen kan, weil* Meen *im Ebreischen ist. Aber die andern Exemplaria halten dargegen recht,* renuerunt.

Psal. XLI. *psalliren sie* Fontem vivum, *welches ohn Widerrede aus* fortem vivum *verschrieben ist, denn also halten auch die LXX. nicht allein Davids Sprach.* El *ist nicht Brunn, sondern GOtt, oder der starcke.* Ayn *heist ein Brunn. Des Dings ist noch vielmehr umber, wenn einer Achtung darauf gebe. Der Sprachen Unwissenheit hat alle Bücher verderbt, nicht allein die Bibel. Da lesen sie allenthalben* Idolatria, *so es doch* Idololatria *heist. Da* Evuangelium *für* Evangelium, *da in* Lombardica Historia, Ipapanti *für* Hypanta, *welches* Obviatio *ist,* â verbo hypantao. *Denn also ist das Fest* Purificationis Mariæ *vorzeiten genennt worden. Also lesen sie* Catehcuminus *für* Catechumenus, Scisma *für* Schisma, Pandox *für* Pandocheus, *da* Homelia *für* Homilia, *da* Diocesis *für* Diœcesis, *da* Accidia *für* Acedia, *und des Irrsals viel mehr.* „ *Ist ein* „ *Wunder, daß sie nicht auch* Asini *für* Azymi „ *auf Ostern lesen.* Sol-

Solcher Gebrechen ist keine Zahl, wenn einer gerädt allerley Bücher herum zu werffen. Darum ist auf Erden nichts besser, denn eine gewisse Dolmetschung der heiligen Bibel, weil daran alle unser Glaube, Lehre, Gottesdienst und Wandel ligt. Wenn S. Hieronymus noch leben solt, er würde fürwahr hierzu helffen und rahten, und diejenigen schelten, so ihm zu Liebe, oder auch aus Unverstand, Unrecht beschirmen wolten. Es ist offt fürhanden gewesen, durch GOttes Geschicke, daß etliche Monarchen haben die Bibel aus dem Grunde heraus zu dolmetschen bestellen wollen, aber Satanas hats gehindert. Felix *der gelehrte Augustiner-Münch, hätte vor etlichen Jahren ein grosses hierbey ausrichten können, wenn ihm die Gunst vom Römischen Pabst hätte wiederfahren mögen. Der nächste Pabst vor diesem wolt etliche Rabbiner und etliche Ebreisch-gelehrte Christen zu solchem Werck auf seine Kostung verordnen: Aber wo bliebe es? Ja Pabst* Hadrianus Sextus *selbst, als er noch der Käyserlichen Majestät Præceptor war, gabe guten Trost, wie er das Alte Testament, nach der Original-Zungen, getreulich zu dolmetschen gedächte. Ist aber nichts daraus worden. "Und weil dis und anders nach-"*

„bliebe,

„ bliebe, und die itzige Zeiten doch etwas be-
„ ständiges hierin forderten, ward der treff-
„ liche Bischoff Franciscus Ximenius zu To-
„ ledo verursacht, daß er die ursprünglichen
„ Zungen der heiligen Bibel zu hauff mit un-
„ mäßlicher Kost drucken ließ, zu gemeinen
„ Nutz der Christenheit. Weil er aber nicht
„ wohl eine andere Interpretation machen
„ dörfft, (denn ein jeglicher mächtiget sich
„ solches nicht gern, ob ers schon gut machen
„ kunt,) hat er unsere Lateinische neben das
„ Ebreische geschmückt, also gar unverändert,
„ daß michs nicht ein wenig verwundert, daß
„ er doch zu zeiten etliche wenige Wort also
„ gesetzt hätte, weil er eben an der Arbeit
„ war, daß sie dem Ebreischen, darauff er sie
„ fleissiglich mit Buchstäblein zeucht, recht
„ antworteten. Hätte ja so viel Macht ge-
„ habt, und es so mehr recht auff einander
„ gereimet, als daß ers gelassen hat.

„ Diß hat vielleicht bewegt den gelehrten
„ Prediger-Münch Santem Pagninum von
„ Luca, daß ers gewagt, und eine gar neue
„ Lateinische Interpretation, nach dem lauter
„ Ebreischen Brunn wohl zugerichtet hat: Ist
„ diß kühner, so viel furchtsahmer Fran-
„ ciscus Ximenius war.

Ein

Ein ander, genennt Augustinus Eugubinus *in Italien, hat auch etwas hierin gewagt, aber wie glückselig lasse ich die sagen, so sein* Pentateuchon *gelesen.*

Nach diesen Wahlen wacheten auch unsere Teutschen auf, wiewol Johannes Capnion, *ein Teutscher allen Gelehrten zuvor Ursach genug gegeben hat in seinen* Rudimentis Hebraicis, *daß sie auf andere gewissere Dolmetschunge getrachtet haben, wie leichtlich abzunehmen. Und insonderheit, weil* Erasmus Roterodamus, *auch ein Teutscher, die heilige Schrifft des Neuen Testaments, aus dem Griechischen Brunn, der erste zu dieser Zeit, zu handelen angegriffen hat. Was nun dieser im Neuen Testament, das hat* Sebastianus Münsterus, *auch ein Teutscher, im Alten gethan, welches Interpretation gewisser ist, denn ich noch bißher keine gesehen: will hiermit weder den* Hieronymum, *noch den* Pagninum, *versprochen, sondern vielmehr gelobt haben. Habe derhalben diesem nicht ungern gefolget, doch also, daß ich meine Augen mitgenommen: und selbst gesehen, was weiß oder schwartz sey. Wäre sehr fein,* Conradus Pellicanus *kündt diesen übermeistern. Was zuletzt* Johannes Draco *an der heiligen Bibel thun wird, werden wir sehen.*

„ *Vor und neben diesen hat* Martinus Lu-
„ ther, *mit Gehülffen seiner Nachbahren, ge-*
„ *tauffter Jüden, und anderer so fast an seiner*
„ *Lehre hangen, eine Teutsche Dolmetschung*
„ *gemacht, daran er wohl gethan.*

Wenn nun der liebe GOtt wolt, daß seine Kirch eine solche Interpretation der heiligen Bibel, von seinen göttlichen Gnaden empfahen möcht, darauf sie sich sicher verliesse, so kundt darnach aller Sachen wohl zu rahten seyn, und würde dardurch gar viel Zwiespalts und neue Lehre aufgehoben werden. Aber da müsten die Herren zu thun, und ein Auge auf eine jegliche Dolmetschung haben, damit ihm nicht ein jeglicher eine eigen Bibel machte. Aus allen Dolmetschungen kunte man hinfort das beste und gewisseste sammlen, und daraus eine rechte und artige Bibel zurichten, darvon jedermann kühnlich sagen möcht, siehe, die Bibel ist gerecht, was die hat und hält, das ist so gewiß, als das Ebreisch und Griechisch selbst. Alsdenn hätte man die Ebreischen Schulen und Studia *in diesen Jahren wohl angeleget. Denn wir Christen haben das einige Buch, die Bibel, darinn die* Oracula *unsers einigen GOttes verschlossen seynd: Wollen wir dasselbige Buch nicht recht, rein, fein und gerecht für uns haben,*

sonder-

sonderlich weil uns GOtt das Ebreische Prototypon verliehen, so müssen wir nicht Ehren wehrt seyn, und solt von uns, als den Undanckbahren, billich dasjenige genommen werden, so wir haben.

Hie werden etliche Sprach-Hässer und Kunst-Feinde herfür treten, und schreyen: Man soll sich an der gemeynen Edition genügen lassen, und keine mehr lesen noch annehmen. Was Ebreisch? Der Köbler, so über den Graben sprang, wuste auch nicht Ebreisch &c. Antwort, diejenigen so also reden, geben gnugsam zu verstehen, was sie von dem Christenthum halten. GOttes Wort lieben sie nicht, sondern weiß nicht was: Darum fürchten sie, GOttes Ehre werde ihnen ihre Ehre niederlegen. Was sie nicht gelernet haben, das mißgönnen sie anderen, und verachten gut Ding, aus keiner andern Ursach, denn daß sie es nicht wissen. Ich für mich lobe Hieronymi Translation, und sage, daß nie kein Buch der Kirchen GOttes nützer gewesen sey in gantzem Europa. Haben doch die im Griechen-Land vorzeiten unsern Hieronymum so gut geachtet, daß sie seine Commentarios in die Griechische Zungen verwandelt haben, auf daß auch die Ihren erkenneten, was die Lateiner vermögen.

Und wolte GOtt, die Sprach-Häſſer leſen Hieronymum ſo gern, als Aquinatem, Hugonem, Holkot, Biel, Meffret, Herpff, Wann, Ricard, Gottfried, Copulata, Cœlifodina, Quodlibeta, Sporta fragmentorum, &c. *Wer hat Hieronymi feine gute Bücher mehr im Staub und Motten verderben laſſen, denn eben die, die itzt Hieronymum zur Unzeit aufwerffen? Die älteſten Lateiner blieben erſt bey den LXX. Griechiſchen Dolmetſchern, biß daß* Hieronymus *mit ſeinem Ebreiſchen herfür kam: Da ließ man jene liegen, und nahm dieſen zur Hand, weil er näher zum Urſprung gieng. Noch hatten viel alter* Theologi *kein Genüge an ihm, ſondern forſcheten auch dem Brunn nach, wo ſie nur mochten. Was wolten ſie aber gethan haben, wenn ſie ihn ſo gar offen und bekandt gehabt hätten, als wir ihn, GOt ſey Danck, haben?* Auguſtinus *hätte offt gern die Wahrheit im Ebreiſchen geſucht, wenn er gekunt hätte. Desgleichen* Hilarius *und* Ambroſius, *wie man wol von ihnen Exempel weiß.* Chryſoſtomus *berufft ſich kühnlich aufs Ebreiſche, wenn er von Ketzern gedrenget wird. Sihe* Homil. 3. ſup. Gen. *Da die Väter im Aphricaniſchen* Concilio *an einem Canon des Niceniſchen* Concilii

cilii zweiffelten, begehrten sie von den Griechen, daß man ihnen ihre Bücher schickte, dardurch sie der Sachen gewiß würden. Item schrieben zum Papst Bonifacio, auf daß er ihnen von der Kirchen zu Antiochia und Alexandria ein gewisses Exemplar erlanget. Darbey bald zu mercken, wie groß an den Ertz-Sprachen gelegen, als denen alle andere weichen sollen. O wie leichtlich hätten sich unsere alten würdigen Väter wider die Arianer schützen können, wenn ihnen das Ebreisch wohl bekandt gewesen wäre, sonderlich an dem Ort Prov. VIII. da ihnen aus den LXX. fürgeworffen ward: der HErr hat mich geschaffen, &c. Ergò creatura filius. Da, sage ich, hätten sie antworten mögen, das Ebreische hielt nicht Bara, schaffen, sondern Kana, besitzen. Darmit hätten sie ihnen alle Wehr ablauffen können. Was wäre über diesen Schild zu rechnen und preisen gewesen?

Ambrosius im Sermon von Valentiniani Tod, hat alle seine Zuflucht zum Griechischen Brunn, nemlich da er redet, wie Christi Joch so leicht sey, und aus Hieremia selbst opponirt, es sey schwer. Daselbst hat er nichts zu antwrrten, als daß er sagt, Græcus non habet grave. Was solt er geantwortet haben, wenn

er seine Zuflucht zum Ebreischen gewust hätte, welcher Zungen alle andere Ehrerbietung thun, und von ihr gleich die Lehen empfahen müssen?

Und S. Hieronymi Wort besteht, da er spricht, sup. Sophoniam: Hebraica lingua omnium linguarum matrix est.

S. Cyprianus *dolmetschet seine Allegaten nach der Griechischen Wahrheit, als* 3. Reg. XVII. Fidelia farris, capsa olei &c. *Hätte er wohl Ebreisch verstanden, er würd ihm näher kommen seyn an anderen Oerten, denn hie ists nahe gnug. Und da er anzeucht aus dem Psalm,* Draco iste quem formasti &c. *sagt er, im Ebreischen hälts hie* Leviathan. *Im selbigen Buch läufft er zum Ebreischen, da er vom* Gehenna *redt, und sagt*, pharanx Ennon, *meynet damit der Kinder* Hinnon *Thal; daselbst pranget er auch mit dem Ebreischen* Adonai *und* Elohe, *sagend, wie diß die* Ophiani Adonæum *und* Eloëon *heissen, &c.*

Cassianus *ein alter Gesell, appellirt auch zu besserem Text: GOtt, sagt er, hat an seinen Engeln Boßheit funden*, sive ut emendatior habet Translatio &c.

Paschasius *beruffet sich offt auf die LXX. Dolmetscher.*

Summa,

Summa, welche Alten ich noch gesehen habe, suchens über die gemeinen Translation, wo sie kunten, am meisten in streitiger Sachen: Warum solten wirs denn nicht thun, und daß zu dieser Zeit, unter solchen Secten, unter solchen Sophisten und Phantasten?

Albinus *ein Anglot*, Bedæ *jünger, Ebraizirt weidelich im Wort* Osanna, *darzu er die LXX. citirt. Ein ander* Paschasius, *welcher auch* Batbertus *genennt, hat in* Threnos Hieremiæ *geschrieben, läßt sich aber am Latein nicht genügen, sondern ist Griechisch mit zu.*

Hat nicht Rabanus Maurus, *ein Füldischer, die gantze Bibel ausgelegt, zu welchem mächtigen Werck er weder des Ebreischen noch Griechischen entbehren kundt? Magst ihn fragen, warum er sich an der gemeinen Translation nicht hat genügen lassen.*

Desgleichen hat fast in die gantze Bibel geschrieben Rupertus Tuitiensis, *welchem warlich beyde die Ebreische und Griechische Wissenschafft nicht ein wenig hierzu nutz war. Denn wie offt* emendirt *er den Lateinischen Text, nach den Ertz-Zungen, als* I Reg. I. *da wir lesen,* tribus modiis farinæ, *darauf sagt er also:* In Hebræo, non tribus modiis farinæ,

sed modio farinæ legitur. „ *Noch darff hie* „ Franciscus Ximenius, *mit den* Latinis *wis-* „ *sentlich unrecht lesen, so er uns doch selbst* „ *mit Fingern das Ebreische zeigt.*

Offtmals sagt Tuitiensis: In Hebræo aliter legitur, aliter distinguitur, Item, secundùm Hebraicam veritatem sic legimus &c.

Nicolaus Lyranus *hat freylich Hieronymi* Version *auch gehabt, gelesen und verstanden. Wie aber, daß er kein Genüge hat? Wie, daß er so gar offt und überall das Ebreisch herfür suchet, daran er unsere Translation, gleich wie an einem Goldstein, streichet?*

Ja bleibt gemeiniglich mit seiner Enarration *bey seiner eigen* Interpretation. *Denn das mag ich wol sagen, daß dieser* Lyranus *gar offt viel besser ist, weder* Hieronymus, Origenes, *und die LXX. darzu.*

Was? bleibt doch Hieronymus selbst nicht bey seiner eigen Translation, wenn er die Propheten gern wohl auslegen wolt: Und wir, so den Brunn geschmeckt, sollen so gestreng bey ihr allzeit verharren?

Und wird gewißlich wahr erfunden, das von Lyrano rhythmicè *gesprochen ist;* Nisi Lyra lyravisset, nemo in Biblia saltavisset. *Zu dem, wuste* Paulus Burgensis, *Bischoff zu* Sem-

Sempronia, *von Hieronimi* Verſion *wol ſo viel, als zehen andere, noch Ebraicirt er nirgend, denn an allen Orten.*

Iſt nicht jetzund Dionyſii *des Cartheuſers von* Ricla *Nahme bekendt und geehret? Und billich, weil er, ein rechter* Polygraphus, *mehr geſchrieben hat weder ſonſt keiner: (es wäre denn, daß* Alphonſus Abulenſis *mit vielen ſchreiben über dieſen ſey: denn dieſes Biſchoffs* Alphonſi *Schrifften über das alte* Teſtament, *ſeynd wunder groß, aber* Dionyſii *ſeynd beſſer.) Hat er doch nicht ein Canoniſch Buch der heiligen Bibel überhüpffet, darüber er auffs allerfleißigſt nicht geſchrieben hätte. Wenn ihm Hieronymus allenthalben gnug geweſen wäre, ſo hätte er nicht alſo gar offt itzt* Lyranum, *itzt* Rabbi Paulum, (*denn alſo nennet er den* Burgenſem) *itzt die Chaldeiſche* Interpretation *citirt. Läßt ihm am Text jedermann helffen, wer nur helffen kan, damit ers mache, daß es ziemlicher maſſen beſtehe. Iſt immer ſchade, daß dieſer* Dionyſius *der Zungen nicht erfahren geweſen iſt, wie vor ihm* Tuitienſis *und* Rabanus.

Warum aber Origenes *der groſſe Scribent (denn* Hieronymus *zeugt von ihm, er habe*

sechs tausend Bücher gemacht) so wenig Ebraicirt im opere homiliatico, *nimmt mich selbst wunder. Allein daß ich gedencken kan, er habe ihm selbst mit Allegorien und Tropologien so viel zu schaffen gemacht, daß er desto weniger Fleiß an Buchstaben hat legen mögen. Ja, er sieht offt das Griechisch vielmehr an, ob diese wol nicht die Obersprache im alten Testament ist: als* Gen. XLIX. *hat er viel zu thun mit dem Wort:* Cui reposita sunt &c. *Welche Mühe ihm das Ebreische,* Silo, *bald genommen hätte.* Num. XXIII. *liefet er* supermaledico, *weils* Græcè Epicatarao *hält, welches sein Fürnehmen er auch bekennt, und sagt:* Nos præsumimus secundum Græci sermonis rationem vim verbi ostendere &c. *Etliche mahl spricht er:* Ut in aliis exemplaribus legitur, *damit er der Griechen Dolmetschen Bücher meynt. Unterzeiten muß er doch auffs Ebreisch sehen, als* Num. I. *da er sagt, diejenigen so Ebreisch lesen, bezeugen, daß GOtt nicht* Adonai *mit dem* Tetragrammato *genennt werde, nemlich* Cap. XXII. *da GOtt des Nachts zu Balaam kame &c. Daselbst ist er gut Abrahamisch.*

Homil. XVI. *setzt er: Jonas habe von dreyen Tagen gesagt zu Ninive, weil die*

LXX.

LXX. also halten, und kans doch nicht lassen, er muß darbey bekennen, die Ebreer haben nicht III. sondern XL. Tage, wiewol er dasselbige daher sagt, als wisse ers nicht von ihm selbst, sondern andere habens ihm gezeigt; wie er auch Homil. XII. sup. Levit. *thut, da er schreibt:* Ebræi negant se scriptum habere, quod nos apud LXX. Interpretes invenimus &c. *Wie gar hat ers nicht gewust? Aber vielleicht hat er sich dieser seltzamen Sprachen Wissenschafft aus Demuht geeussert. Weil nu unsere seeligen Vorfahren der Ebreischen Wahrheit neben Hieronymi Translation gebraucht haben, ists uns auch unverboten, und wenn gleich ein Scotist auf dem andern sässe. Ob Köler und Drescher nicht Ebreisch können, sollet ihr drum auch nichts wissen, die ihr euch vermesset der blinden Leiter zu seyn, Lichter dero, die im Finsterniß seynd, Züchtiger der Unklugen, Lehrer der Einfältigen, als S. Paulus sagt? Köler predigen und schreiben nicht, wie du: Was bedürffen sie denn grosser Kunst? Ein Prediger ohne Kunst, ist seines Titels nicht würdig. Wer zu dieser Zeit in Druck schreibt, und kan nichts von Zungen, dem soll man nicht leichtlich Glauben geben, sonderlich, wenn er sich etwas von der*

heiligen

heiligen Schrifft auszulegen unterstehet. *Moses braucht mehr denn eine Zungen, da er verkläret wolt, was Hermon für ein Berg sey. Die Sidonii, spricht er, nennen ihn* Sirion, *die* Amorrhæi *nennen ihn* Senir *oder* Snir, Deut. III.

Eusebius Pamph. *verkläret aus dem Ebreischen, was* Adam, *was* Enos, *was* Isch *und* Ischa *sey &c.* de præpar. Evangelica lib. 7. *Solt solches ein Prediger oder Buchmacher nicht auch thun? Wie wenn ers thun muß, oder sein machen taugt nichts, weil viel Wort aus den Ertz-Sprachen in keine andere zu wenden seynd? Welches itzt alle Gelehrten bekennen, zu dem daß es* Origenes Adamantius *auch zeuget* contra Celsum lib. 5.

Joseph in Egypten redet zu seinen Brüdern durch einen Dolmetschen, der beyde Egyptisch und Südisch verstund. Solten wir uns denn nicht auch also schicken, daß wir Christi, des wahren Josephs Wort, so er redt zu seinen Brüdern den Christen, auf allerley Sprachen ausreden möchten? „ Ist die Ebreische Zunge „ nicht mehr nütz, so folge des Zanckſüchtigen Pfefferkorns Geist, und verbrenne „ Ebreische Bücher, und laß hernach sehen, „ was nutzes du geschaffen hast. Diese

Spra-

Sprachen machen keinen Ketzer, ſo etliche " *ohn Wahrheit ſchreyen: Aber dieſer Spra-* " *chen Unwiſſenheit machet grobe Eſel, wie* " *gemeiniglich ſeynd, die die theuren Zungen* " *verachten und verſprechen. Der böſe Geiſt* " *macht Ketzer, und nicht die Schrifft. Und* " *was macht anderſt die Scotiſchen Hypo-* " *criten?* "

Hoc *Wicelii, Romanæ Eccleſiæ Presbyteri,* ſincerum & eruditum de Ximenio & verſione fontium exaranda judicium bis terve legiſſe non pœnitebit. Ita tandem poſt mille annos, quàm ſero! ab Hieronymo, qui Getis Germanisque Fontium Hebraicorum veritatem gratulatus, nobisve barbaris bene ominatus, reſurrexere *Sunnia & Fretela, Reuchlinus & Ximenius*, uterque Getici ortus, cum Getæ Celtæve & Hiſpaniam ſanguine ſuo locupletarint.

Quibus tandem, poſt longiſſimam barbariem, initiis factis, cum interim eâdem fere tempeſtate *Veneti*, mox alii, *Hebræos Codices ſimili ſtudio reſuſcitarent*, etiam novo ex Rabbinorum commentariis addito ornamento, *novus prorſus in Europa orbis emerſit, novi homines prodierunt.*

Quo,

Quo, noviſſimo profectò tempore, obtinuimus tandem *illa noſtra, quondam Judaica, Veteris Teſtamenti monumenta, noſtras opes, noſtri juris.* Tam ſerò vel quæſivimus vel invenimus noſtra bona. Tam recentia illa, pro uſu noſtro, quæ antiquiſſima, pro beneficio divino. Illis nunc utimur, fruimur, tanquam vernaculis, quousque *brevis hic duorum ſeculorum circulus* per infinita impedimenta nos provehere potuit. Quæ non parvo hoc & recenti tempore innumerorum Commentariorum agminibus tentata vetuſtiſſimorum illorum Hebraicorum operum illuſtratio! Quàm tamen etiam fruſtra ſæpe laboratum! Quàm incognita pleraq; poſteris evolvenda reſtant! Ut verè, indubitato augurio, poſteri vel uno exhinc ſeculo idem de nobis noſtrisque Fontium ſtudiis ſint dicturi, ſi literæ valebunt, quod nos de nupera ætate ante Reuchlinum & Ximenium. Mirabuntur tam parum promotum, potioraque ſibi eſſe relicta. Sed & intelligent, nec ſe uno alteroque ſeculo expedituros omnia, ſed commendaturos ſuis nepotibus non minima. Sufficit, *nos, quondam gentiles, ex nuperrimo iſthoc lumine, ex oriente ſubito ſubnato, cœcu-*

tire

tire prope cœpisse, nec nisi cum seculorum successu luce serena potituros. Interea, *nos ex gentilibus prognati*, tantò attentius merito volvimus *hæc nova nostra bona*, quantò sunt peregriniora atque magis recondita, quorum majestatem tandem aliquando penetremus: Deo devotas acturi gratias pro *hoc orientis thesauro*, qui omnium rerum origines comprehendit. Sed & tumidas atque arrogantes cristas humili affectu deposituri, quasi res hasce, nuperrime demum divinâ manu nostro orbi exhibitas, gemino jam ævo exhausserimus penitus; Secuturis seculis nihil vel laboris vel maturioris fructus concessuri. Infantes vix ablactati, vel & cunis vix egressi, senes sint. Quasi verò. Quorũ vagientium miserebitur sera ætas, ac intempestivæ arrogantiæ accusabit, quando animadvertet, masculæ ætatis robur & sustinendum onus omne propemodum in se devolutum, post immensas & prodigiosas inter serperastra & in fasciis commentantium strues, quas stupebit ex mole, non tanget: Crepundia, ensiculos aureolos, securiculas aureas, siculas argenteolas, & duas connexas maniculas, & suculas, & porculos, & bullas aureas.

De

De cetero, jam habemus *bonorum ex veteri Judaica Ecclesia corpus*, fruamur ut licebit. Nec dememinerimus, *Judæis quondam hæc fuisse propria, nunc facta nostra.* Qui *stupendus rerum & incomprehensibilis in humanis circulus. Judæis acceptas ferimus nostras opes.* Quorum dulcem memoriam mihi refricavit *fatum proximum, superioris mensis, quando à laudato Judæo, Levino Alexandro, Veteris ac Novi Testamenti Codicem, colore æque ac figuris eleganter distinctum, redimere contigit.* Careat aliis res omine, non impegero neque obtrusero. Liceat interim pro meditandi libertate negotiorum habitum seriemque non injucundam contemplari. Quisque suas res habeat licet, ut vult, sine superstitione. Vel lepidum, vel dulce, Judæum Christiano suas & Christianas res, à majoribus Judæorum partas, commendare.

Quanto interdum foret satius, *fatorum in orbe literato* curatius contemplari *vincula, origines & nexus reconditiores*, nec omnium oculis expositos. Uti sunt agentium consilia, sine quibus nemo prudens quid aggrediatur, nec cuivis tamen obvia, pleraque tecta, ita *& in fatis divinisve*

negotiis, sua exordia paucis animadversa. Nec jucundum tantum perspectu, sed & necessarium sæpe observatu, pro sapientiæ divinæ providentiæque moderamine sanctissimo celebrando. Quàm igitur utile consideratu, *quâ occulta divinæ providentiæ semitâ factum, ut ad nos gentiles devolveretur fidei & religionis inter Judæos subnatæ tota vis & anima?* Quod Paulus ipse in epistolis toties miratur & præ devotione stupet. Quàm *ab illo tempore Europa plane alium induerit habitum?* Quâ semitâ bonæ literæ, Latinæ, Græcæ, Hebrææ, similesque, ante duo hæc secula, mirabili eventu, ex Constantinopoleos ruderibus, & typographiæ invento, sint suscitatæ, sordibus detersis? Quam exinde novus in publicis privatisque rebus prognatus orbis? Par ratio infinitorum eventuum. In *profundiorem historiæ notitiam* utique res redundat, quam quo quis plenius pervidit, eò ortum & successum fatorum citius ac felicius penetraverit. Et nihilominus argutæ nonnihil conjecturæ dabitur, quæ definitionem non admittit: Quippe quod & integerrimi agentium animi non in fronte vel & opere externo sint effigiati, qui suos servant naturæ

vel jussu vel munere pectoris recessus, ne & optima cœpta, à malis palam agnita subito evertantur: Quo abutantur licet mali. Non vidisset lucem *vastum Ximenianum opus fontium sacrorum*, nisi divina providentia fuisset usa rebus Hispaniæ tum præsentibus. *Ferdinandus* Rex, filio potitus naturali, Alphonso, id omnibus agebat viribus, ut in sacro ordine ad summas eum in regno eveheret dignitates. Eumque vel parentis affectu, vel filii ambitione urgente, Episcopatu jam Cæsaraugustano beaverat. Non poterat latere regis animus, sed nec poterat non offendere magnates alios, civilis & sacri ordinis, *reginam* inprimis *Isabellam*. Huic autem utpote Reginæ Castiliæ unice competebat autoritas summa, pro Archi-Episcopo Toletano nominando adsciscendoque, ubi locus vacaret. Quod igitur hæc animadverteret, morti vicino Mendozâ, Cardinali, Archi-Episcopo Toletano, Ferdinandum summâ ope annixurum Reginamque continuis votis fatigaturum, quæ naturalem regis filium Alphonsum, Episcopum, ad apicem hunc dignitatis eveheret: Illa mature mentem sed tecte aliò vertit, de quocunque

que alio circumspiciens. Quod cum Mendozæ, Primati, decumbenti abunde constaret, regis reginæque rerum ac jurium conscio, Ferdinando & Isabellæ regnoque postremò consulturus bene, suasit, obtestatus serio, successorem aptum, probitate & doctrina insignem, pro tanto primatus honore tenendo constituerent. Quos duos characteres in Franciscano Patre Ximene vehementer commendavit. Quæ commendatio ad Isabellæ votum atque desiderium, pro Alphonso illo declinando, & à Primatu arcendo, Regisque adeo instituto & consilio avertendo. Cui accedebat, quod Isabellæ Ximenes jam pridem innotuisset, cujus Confessionarius, Franciscani ordinis, aliquando in curia extitisset. Defuncto Mendozâ, illa Regis pro Alphonso summam sollicitudinem amolitura, cum vehementer pro Alphonso nominando urgeretur, statim in commendatum à Mendoza Ximenem animum vertit, eum Primatem nominando. Ximenes, pro sua partim devotione modestiâque, partim regis pro Alphonso contentionem iramque inde suborituram metuens, invicto animo recusavit. Quæ Ximenis humi-

litas atque reverentia regi calcar addidit, qui tanto vehementius apud reginam instaret pro naturali filio Alphonso. Quo acerbius offensa Isabella, Ximenii fugam pensi habens, sine mora diligentissime rem curavit, ut Romæ apud Pontificem mature expediretur, ne vel jus vel spes eluderetur. Quo facto, *literas Papales* Ximenio obtulit, hujus inscriptionis: *Venerabili Fratri nostro, Francisco Ximenio, electo Archi-Episcopo Toletano.* Quas exosculatus Ximenius, non apertas statim reddidit reginæ, subito illinc digressus. Qui cum per viros illustres denuo accitus constanter rem tantam deprecaretur, à Pontifice ipso eum compelli ac superari curavit Isabella. Quibus ambagibus divina providentia regis iram mitigavit, ut non reginæ arbitrium, præter jus, sed summi Numinis irrefragabile decretum agnosceret. Per tantos ergo fatorum labyrinthos effectum, ut illo potiretur honore, quo præter alia incomparabilia in regnum merita, Dei honorem quàm maxime erat promoturus. Fontium sacrorum opus tam magnificum summeque Ecclesiæ necessarium, immensis sumtibus regio

ausu procurando. Atque ita usus Deus illis tortuosis negotiorum regni sinubus, pro illis etiam rebus glorioſe expediendis, quæ Dei honorem, Ecclesiæ salutem, & longæ posteritatis commoda erant producturæ. Quod observatu non injucundum, pro divino in humanis regimine pervidendo. Ita ergo sensim sensimque Deus, per mirabiles fatorum anfractus orbi nostro ethnico de Fontibus Hebræis prospexit. Alphonsus quod non erat effecturus, insçia regina cœlesti nutu commendavit Ximenio, nil minus autumanti.

Hæc *Fontium sacrorum fata prima* ante geminum hoc seculum, quando *orbis hic noster Europæus Hebræorum volumina sacra in communes usus, Reuchlino & Ximenio pariis illustribus, impetravit*, menti meæ obversata superiori mense, quando à laudato Judæo Codicem supra memoratum fato quodam emere datum fuit, qui non mediocriter oblectavit.

Quippe qui & *Epigrammata* suggessit, *singulis imaginibus sacris, utriusque fœderis aureis literis inscripta; Quæ* autor pro sua devotione *in communia orbis & temporum fata* consignaverit. Ut sunt viri omnium

ordinum, rerum non omnino imperiti, qui cum viciſſitudines temporum pie & attente contemplentur, vel in ſuum vel aliorum ſolatium, pro curis ſedandis, *verſiculo moleſtias claudant.* Quæ & magnorum apud veteres quoque virorum non incongrua animi compoſitio. Siquidem vel muſica ſono, vel Muſæ modulo, affectus temperare doctæ: Quod quies avocet â ſtrepitu, mentemque ſuaviter colligere jubeat, & conſulat ſalubriter. Quodcunque tandem autoris vel negotium vel conſilium, molliusculum apparet pectus, ab iræ tempeſtate, à doloris fluctibus, à voluptate, à metus ambiguitate, ab arrogantiæ nebulis, à ſomno, alienum: Qui nec ſe angeret, & alios ferret, modeſti genii, non efferi ſed quietis & placidi animi.

Quæ proinde moderatio in omni vitæ fortuna cum exempli numero Studioſis Academicis, Fontium ſacrorum lectoribus, eſſe poſſit, ut mature aſſueſcant manſuetudini, humanitati, labori, induſtriæ, tolerantiæ, ſpei, juſtitiæ, quod Chriſtianum, non à ſcopo alienum fore noſtrisque potius ſalutare credidi obvias illas *morum regulas, junctis, quæ & in Codice comparent,*

lemma-

lemmatibus, recenſere, ut Fontes lecturi *ad vitam universa transferre*, & *ad communes in vita eventus pro virtutis usu applicare* his exemplis diſcant.

Apparet, autorem *in Reuchliniana atque Ximeniana* ſimiliaque *tempora caliginoſa* alicubi collimaſſe, præſertim *Epigrammate 81. in Eſræ fatum*, Reuchliniano non diſpar, & illuſtrius. Quod uterque, *Reuchlinus & Ximenius*, *Eſræ* perſonam ſua ætate quodammodo ſuſtinerent, Hebræos Fontes, perditos, neglectos, vel & abjectos ac peſſundatos, reſuſcitando, reſtaurando ac poſteris ſapientioribus commendando. Fortean, arguto Poëtico auſu, exemplo veterum Græcorum & Latinorum, ut falſe *veterem longam perſtringeret caliginem*, luce Fontium tandem aliquando corripiendam ac diminuendam, ſive prorſus diſſipandam, *brevem dixit caliginem, ab Eſra, Reuchlino, Ximenio, jam aliquantulum imminutam*, tandemque penitus exterminandam. *Occiderat* quippe, veteri longa Babylonica tempeſtate, *lux* divinæ veritatis, Fontibus Hebræis comprehenſæ, *ante diem*, oriturum ſub Eſra, Reuchlino Ximenioque; In quo Eccleſiæ veritatisq; primævæ exilio *regnaverat*

verat longa & magna caligo; Quæ mox, die illuceſcente, per Eſram, Reuchlinum Ximeniumque, digne & juſte erat corripienda, priſcis longis & ſpiſſis tenebris pulſis. Quas priſcas rudes tenebras, Hebræis Fontibus ſepultis, Ægyptiacis longiores ac ſpiſſiores, paucis viris penetrare licuit: Cum Eſra, Reuchlinus, Ximenius, eſſent perpauci, ceteris oculatis deliteſcentibus præ metu, ne tenebras videre ac ſentire, ſed & deplorare animadverterentur, cum ſuæ vitæ & fortunæ detrimento. Quæ ſeculorum ruditas ex *ſopore* mero aut ſupinâ negligentiâ ſubnata, ut longa nox premeret profundo ſomno ſepultos, nec lucis avidos, nec luce uſuros, ſecure in diem ſtertentes. Quæ ſecula ſubinde redeant, cum ſpe lucis quoque redituræ, ut diem nox, noctemque dies excipit, divino arbitrio, nec ſine dignoſcendi difficultate, ubi ſopor oculos mentesque obruat. In antiquiſſimis totius Europæi vel & Aſiatici orbis autoribus, *Poëtis*, *Græcis & Latinis*, ne unus quidem, qui in hunc usque diem intelligatur. Quod ſi nondum hodie, ergone nunquam? Sperandum itaque aliquando illud antiquitatis lumen, ſi non

noſtro

noſtro ævo, apud ſeros certe poſteros, quo tam magni Poëtarum exercitus, qui nunc tenebris tecti, illuſtrentur. Reſtat ergo in illis rebus exteris non parum, non plurimum, ſed pene omne. Eo usque noſtra provecta ætas. Interea caligo regnat, quam oculis videmus manibusque palpamus, quoties vel unum Græcum Latinumve inſpicimus verſum. Quæ fortuna *Poëtarum*, eadem neceſſariò magna ex parte & *oratores* veteres, Græcos Latinosque, premit, qui ex Poëtis anſam dicendi frequenter nacti, eadem alio ſtylo commemorare ſueti. Nec diſpar ratio *Hiſtoricorum* vetuſtiſſimorum, qui ſimiliter millies Poëtarum vitulis arant. Verbo: Una & longa caliginoſa & intempeſta nox regnat in remoto Græcorum Latinorumque Poëtarum foro. Quod ſi nec noſtra hæc, noſtri cœli, Græca & Latina antiqua monumenta, ob rerum profunda penetralia, in hanc diem capimus, qui ne unum capimus; Quid fiet de remotioribus, orientis, Judaici antiquiſſimi generis, abſtruſioribus peregrinis Hebraicis operibus, quæ & res & ſtylum longe peregriniores referunt? Latina & Græca, noſtramet-

aviti ortus, vetera, ignoramus, & aliena, remotiora, penetremus penitus! Fateamur saltem necesse est, uti nostrorum, Græcorum & Latinorum, tantum non nihil, ita & alienorum, Hebræorum, plusculum nos ignorare his annis. Illa lucem expectant, & hæc non minus. Caligemus ergo utrobique, sub spe lucis. Interea regnet & longa & brevis caligo, pro divino impenetrabili arbitrio.

Ignosce, Vir illustris, quod à laudato *Codice Veteris Novique Testamenti*, quem *à Judæo* noviſſime redimere contigit, in hunc campum me duci passus sim, pro *recolenda memoria veteris beneficii Judaici in nos quondam gentiles*, à quibus rerum fontes, *Hebraica*, sed & ipsa *Græca* Novi fœderis *monumenta sacra* sumus nacti. Tute *vetera* amas, origines rerum pensitas, fontes fatorum ponderas, remota cum recentibus sagaciſſime componendo. Quippe quod prudentiæ sit, quâ excellis, præteritorum indesinenter meminisse, quæ præsentibus collata, imminentibus vel serius secuturis viam, materiam, & ordinem suppetant. Priora tempora vel cavent adversa, vel spondent prospera, pro rerum successu, curate

curate obſervato. Nec curia duntaxat, quà emines, ſed & Eccleſia, quam conſiliis moderaris, ex mutato per Reuchlinum Ximeniumque rerum habitu, ex luce per hos monſtrata, ex Fontibus per hos apertis, ex veritate inde prognata, ex veteris ſuperſtitionis exterminio, ex integritate chriſtiana ſuſcitata, fulgorem atque incolumitatem ſunt indeptæ. Ab illa tempeſtate utraque publica res, civilis & ſacra, velut ex mortuis reſurgere, vivere, & quæ Deo grata & civibus ſalutaria, curare. Floret res communis, florem ex iſto vere, poſt longam brumam eſt conſecuta. Quidni ergo tam amplam hodie ſalutem, velut novam, nuper à Fontium reſtitutorum tempeſtate acquiſitam, cum veteri difficili calamitate, quæ omnem rem affligeret, ſollicite & ſubinde comparemus? Quæ recordatio ſervandi parit induſtriam, & eorundem præſidiorum adminiculo augendi curam. Bene rebus, ubi perennes fortunæ & proſperitatis ſuæ fontes tenent. Quam parva proinde, quàm exilia appareant *Fontium Hebræorum ſtudia*, tam manifeſta ſunt *publicæ felicitatis principia*, quæ cum illorum uſu creſcente creſcat, & emolumenta paret excelſisſima. Tua

Tua idcirco illustri persona dignum, tuis pro communi salute consiliis congruum, illam fortunæ serenioris scaturiginem tueri, illisque commendare, qui sacris præcipuè rebus admovendi. Id quod cum in curia vestra Ecclesiarumque sublimi regimine, elegantioribus quibuscunque literis excellenti, contentione fiat admirabili, fortunam auguratur ultra votum assurgentem.

Quam luculentam spem alit abunde *ardor Studiosorum, in hac Academia, Fontes cognoscendi sacros.* Quorum maxima pars vestri cives, vestris Ecclesiis adhibendi, qui vestri desiderii conscii tanta cupiditate atque industria hoc agunt, ut & huic ævo & vestris rebus & hoc nomine gratulari æquum & dignum sit. Quippe qui non ex meris rivulis lingant, sed Fontes ipsos hauriant limpidissimos. Quam *horum temporum felicitatem* dissimulare quod nefas sit, agnoscantque olim vestigia lecturi, non friguisse hos nostri ævi filios, istos in Philologiæ nobilioris atque exactioris castris apud nos milites, gnavos & vegetos: Liceat, in illorum laudem, posterorumque incitamentum, ut nomina his diebus *in præsenti-*

bus

bus Collegiorum congressibus obiter citra ordinem dederunt, commemorare.

CHALDÆI NOVISSIMI.

Quando proximis mensibus Chaldaicam *Danielis* rem omnem, adhibitâ quoque exterâ Xenophontis præsertim & Herodoti historiâ, publico labore sollicitè pertexuimus: Sub hujus Philologicæ Enarrationis finem attenti adfuerunt, quorum & in aliis Academiis plures jam versati, variâ doctrinâ egregiè imbuti:

Franciscus Gottlieb Löhr, Cellensis.
Johann Gottfried Culemann, Winsa ad Luham-Lüneburg.
Johan Theodorus Münch, Harburgensis.
Joh. Fridrich Schmidt, Saldera-Brunsvic.
Joh. Matthias Schwemler, Ditfurtensis-Saxo.
Alexander Georg Hauswald, Bercko-Lüneburgensis.
Johannes Fridericus Koch, Soltov-Lüneb.
Johannes Heinricus Köpper, Lüchovia-Lüneburgensis.
Ernst Conrad von Brincken, Brunsvic.

Joh.

Joh. Friderich Siegfried, Burg. Brand.
Joach. Christoph. Müller, Wustrov-Lüneb.
Joh. Ernest. Franzen, Ulza-Lüneb.
Joan. Christoph. Leonhardi, Gera-Variscus.
Christoph. Ripke, Mohof-Cellensis.
Jac. Henr. Marcard, Gebesca-Thuring.
Barthold Georg Hölscher, Bennigsena-Hannoveranus.
Hieronymus Wiegandus Biel, Lüneburg.
David Scharff, Hojensis.
Georg. Leopold. Ponatus, Osteroda-Grubenhagensis.
Laurentius Otto Hieronymi, Heinstedto-Guelpherbytanus.
Johannes Julius Fediſch, Altenovia-Hannoveranus.
Jacobus Andreas Weigel, Brunsvicensis.
Casp. Ernestus Korff, Hildesiensis.
Christoph. Dieder. Bergmann, Natendorfio-Lüneburgensis.
Joh. Philippus Laue, Magdeburg. Saxo.
Bartholdus Johannes Renschius, Langelsheimia-Brunsvicensis.
Theodorus Joh. Seelmann, Hakeb-Magdeb.

Adol-

Adolphus Johannes Schmidt, Trebelienſis Lüneburgenſis.

Johannes Chriſtophorus Quante, Bisbinga-Lüneburgenſis.

David Henr. Quante, Bisbinga-Lüneburg.

Julius Eduardus Tiemann, Schöningenſis.

Joh. Chriſtoph. Günther, Wolfferbüt.

Joh. Frider. Domeier, Hardeſiano-Hannov.

Joh. Frid. Rohn, Hallerſpringa-Hannov.

Joh. Conradus Wigers, Hulſa-Hannov.

Martinus Frider. Blumler, Magdeburg.

Joh. Chriſtoph. Weigel, Hildeſienſ.

Lucas Wilh. Kitzou, Goltera-Hannov.

Antonius Conr. Kropp, Hagenſis-Schaumburg.

Joh. Fridericus Pralle, Helmſtad.

Albertus Treue, Strobecca-Halberſtad.

SYRI PRÆSENTES.

MATTHÆI SYRIACI

scrutatores indefessi, qui rem Syram, statu publico tempore curate nunc perveſtigant.

M. Auguſtus Nathanaël Hübner, Hallenſis.
Joh. Henr. Alert, Thuringus.
Joh. Ulricus Schwieder, Bürgenſis-Brand.
Joh. Wilh. Dörner, Guelpherbytanus.
Joh. Pet. Otto, Northeimenſis.
Joh. Albrecht Rauſcheplat, Göttingenſis.
Joh. Conradus Brunahl, Hildeſienſis.
Berthold. Joannes Renſch, Langelsheimiâ-Brunovicenſis.
Jac. Conr. Fahrenkohl, Hallerſpringa-Hannoveranus.
Herm. Eccard. Hahn, Hildeſienſis.
Laurentius Otto Hieronymi, Seinſtedto-Guelpherbytanus.
Joh. Conradus Kahle, Einbecca-Hannov.
Joh. Henricus Köpper, Lüchovia-Lüneb.
Joach. Chriſtoph. Müller, Wuſtrovia-Lüneburgenſis.

Jacob.

Jacob. Andreas Weigel, Brunſvicenſis.
Joh. Melchior Elliesen, Einbeca-Hannov.
Joh. Fridericus Siegfried, Burgenſ. Brand.
Joh. Chriſtoph. Günther, Guelpherbytan.
Johan. Chriſtophor. Werner, Meerdorffio-Brunſvicenſis.
Gottfried. Juſt. Wiehe, Hildeſienſis.
Erneſt. Wilhelm. Meyer, Zellenſis.
Gerhard. Wilhelm. Pfingſten, Hildeſienſis.
Gerhard. Melchior Lahrmann, Hildeſienſis.
Joh. Henr. Tuckermann, Ulza-Lüneburg.
Caſpar. Erneſt. Korff, Hildeſienſis.
Chriſtian. Henr. Redlich, Prætzella-Lüneb.
Joach. Chriſtian Struve, Solquellenſ. March.
Johan. Theodorus Münch, Harburgenſis.
Joh. Erneſtus Franzen, Ulza-Lüneburg.
Chriſtoph. Ripke, Mohof-Cellenſis.
David Scharff, Hojenſis.
Erneſt. Conrad. von Brincken, Brunſvic.
Joh. Chriſtoph. Leonhardi, Gera-Variſcus.
Joh. Gottfried Culemann, Winſa ad Luham Lüneburgenſis.
Joh. Julius Fediſch, Altenovia-Hannov.

Georg. Leopoldus Ponatus, Osteroda - Grubenhagensis.

C. D. St. Bergmann, Lüneburgensis.

Joh. Frider. Domeier, Hardesiano-Hannov.

Joh. Georg. Hogreve, Wylfinga - Hannov.

Julius Eduardus Tiemann, Schöningensis.

Antonius Conrad. Kropp, Hagens. Schaumb.

Joh. Fridericus Koch, Soltov - Lüneburg.

Joh. Conrad. Hose, Hannoveran.

Joh. Fridericus Schmidt, Saldera - Brunsv.

Adolphus Joh. Schmidt, Trebelia - Lüneb.

Joh. Frider. Rohn, Hallerspringa - Hannov.

Henr. Wilh. Conerding, Hannov.

Johannes Abel, Stendaliensis.

Joh. Conr. Wigers, Hulsa - Hannoveranus.

Albertus Treue, Halberstadiensis.

Joh. Conr. Giesemann, Seesa - Brunsvicensis.

Johan. Christoph. Quante, Hanstadio - Luneburgensis.

David Henricus Quante, Hanstadio - Luneburgensis.

Ludolph Albrecht Werner, Northeimensis.

Johann

Johann Henrich Ohlen, Einbeccenſis.
Juſtus Gerhardus Eicken, Einbeccenſis.
Joh. Jac. Breyer, Warmbſena-Hannover.
Mauricius Hartovicus Knorre, Cellenſis.
Chriſtian Carl Behrens, Gandersheimenſis.
Joh. Godfriedus Gercke, Salis Liebenhall. Hildeſienſis.
Frieder. Chriſtoph. Schönkerl, Helmſtad.
Frider. Henr. Körber, Helmſtadienſis.

RABBINI HORVM DIERVM,

Qui *privato Collegio* integrum Kimchii in Hoſeam Commentarium jam jam perlegerunt, in R. Salomonis ben Melech gloſſa in Scripturam ordinaria ſedulo nunc porro occupati, ad Minhagim Judæorum apparatumque ſacrum contemplandum ulterius progreſſuri.

M. Andreas Weber, *Heldburgo-Francus.*
Joh. Erneſtus Frantzen, *Ulza-Lüneburg.*
Henningus Flügge, *Hollenſtad. Lüneburg.*
Joh. Godofr. Culemann, *Winſa ad Luham Lüneburg.*
Jac. Henricus Marcard, *Gebeſca-Thuringus.*

Joh. Christoph. Leonhardi, *Gera-Variscus.*
Petrus Jäger, *Riddagshusanus.*
Hieron. Wigandus Biel, *Lüneburgensis.*
Ernestus Conradus von Brincke, Brunsv.
Joh. Conr. Steph. Holling, *Hannoveranus.*
David Scharff, *Hojensis.*
Joh. Frid. Schmidt, *Saldera-Brunsvic.*
Georg. Leop. Ponatus, *Osnabr. Westph.*
Joh. Frid. Koch, *Soltovia-Lüneburg.*
Bartholdus Georg. Hölscher, *Benningsen-Hannoveranus.*
Christophorus Ripke, *Mohof-Cellensis.*

Hi ipsi, in eopte Collegio, *aptiorem docendarum linguarum methodum* ex totius primæ educationis emendatioris fortuna, fusius exacta, peculiariter acceperunt, *Græcis rebus primis* illâ viâ percensitis. Qua de re nonnulla peculiari opusculo.

HEBRÆI, HIS DIEBVS.

Qui re grammaticali jam ante superatâ, *Genesin Mosaicam privatim Philologice recenseri* diligenter audiunt.

M. Au-

M. Augustus Nathanaël Hübner, *Hallensis.*
Joh. Ulricus Schwieder, *Burg. Brand.*
Joh. Jul. Bremer, *Wansleb.*
Joannes Ernestus Franzen, *Ulza-Lüneb.*
Ernest. Conrad. von Brincken, *Brunsv.*
Albertus Ritter, *Francus.*
Joh. Christoph. Leonhardi, *Gera-Variscus.*
Anth. Conr. Kropp, *Hagens. Schaumburg.*
Joh. Henr. Gœze, *Halberstadiensis.*
Christoph Ripke, *Mohof-Cellensis.*
Joh. Fridericus Siegfried, *Burg. Brand.*
Joh. Frider. Domeier, *Hardesiano-Hannov.*
Georg. Leopold. Ponatus, *Osteroda-Grubenhagensis.*
Laurentius Otto Hieronymi, *Seinstedto-Guelpherbytanus.*
Henricus Sigism. Stock, *Osterodanus.*
Joh. Bernh. Hassel, *Guelpherbyt.*
Joh. Jac. Breiger, *Warmsena-Hannover.*
Joh. Georg. Hogreve, *Wylsinga-Hannov.*
Georg. Hilmar. Müller, *Einbecc.*
Justus Gerhardus Eicken, *Einbecc.*
Justus Andr. Raders, *Vælbracko-Hannov.*

Joh. Frider. Rohn, *Hallerſpringa-Hannov.*
Joh. Frider. Schmidt, *Saldera-Brunſv.*
Erneſtus Frid. Joh. Mertens, *Hannover.*
Joh. Chriſtoph. Günther, *Guelpherbyt.*
Joh. Melchior Ellieſſen, *Einbecc.*
Johan. Conrad. Knigge. *Brunſcvicenſis.*
Joh. Wilh. Dörner, *Guelpherbyt.*
Chriſtian Carl Behrens, *Gandersheimenſis.*
C. D. St. Bergmann, *Lüneburgenſis.*
F. Henricus Cörberus, *Helmſtadienſis.*
Chriſt. Henr. Redlich, *Præzellâ-Lüneb.*
Joh. Frider. Bode, *Einbecc.*
Jac. Conrad. Fahrenkohl, *Hallerſpringâ-Hannoveranus.*
Gerh. Melch. Lahrmann, *Hildeſienſis.*
Joh. Conrad. Brunahl, *Hildeſienſis.*
Jul. Frider. Tegetmeyer, *Golterâ-Hannov.*
Mauritius Hartovicus Knorre, *Cellenſis.*
V. S. Koch, *Franco-Meiningenſis.*
Wilh. Holtmann, *Hannoveranus.*
Joach. Chriſtian Struve, *Soltquellenſ. March.*
Juſt. Georg. Busmann, *Helmſtadienſis.*
Joh. Melchior Fiſcher, *Hannoveranus.*
Joh. Conr. Kahle, *Einbeccenſis.*

Illi

Illi nunc sunt, *hoc die*, solertes *Philologiæ Fontiumque sacrorum cultores*, *in nostro Musarum choro*, qui amplam præ se ferunt spem, Ecclesiæ rem luculenter olim promovendi. Quam lætam *nostri temporis faciem* si conferre lubeat cum ævo Reuchlini, vah, quanta temporum differentia! Quis ante tot secula vel conjecturâ assequi potuisset, *Fontes Hebræos* tanto studio, tanto successu, publice iri tractatum, cum tanta Studiosorum cupidine, tantâ luce? Quam felicia hæc tempora præ prioribus! Quæ secuturis augurentur fortunam multo adhuc meliorem. Quod ex animo precamur.

Præterea, ut laudati Philologi nostri haberent, quo *sua hæc studia perficerent amplius*, illorum profectibus apta, ex Colloquiis Collegiorumve discursibus subnata, sequentia recentissima illis *hoc anno* concinnare libuit *opuscula*, quæ diligentiam illorum comitentur & suffulciant.

Sunt isthæc præsentis anni:

(1) *Sipphara Babyloniæ.* Pro illustrando obscuro omnibusq; vexato loco *Obadiæ* ספרד: Quem Prophetam publice supe-

riori anno labente recensueramus: ut & pro detegenda longa, nostro ævo residua, *Geographiæ orientis ac Topographiæ veteris* communi insciti â, quæ centena Veteris Testamenti loca, Prophetarum inprimis, spissâ premit caligine.

(2) *Moses* für seinem Ende / *Canticum Deuter. XXXII.* in rem Judæorum, à sua ætate usque ad eorum ex idololatria & scelere exitium & exilium: Quod utpote *admodum difficile Mosis carmen*, eopse tempore in publico frequenti auditorio pro Philologiæ arte enarraveramus: *Pro Philologiæ luce* in reconditis Mosis & Prophetarum monumentis cognoscendis demonstranda.

(3) *Via in Chaldæam brevis & expedita.* Pro facili methodo linguæ Chaldaicæ, ad Danielem Chaldæum hoc anno recensendum.

(4) *Elementa Exegeseos Philologicæ*: Pro Autoribus quibuscunque, sacris & exteris, digne legendis atque explicandis.

(5) *De quatuor Monarchiis Babyloniæ*, Nebucadnezaris, Evilmerodachi, Belsazaris, Cyri atque Darii, ad explicandum Colos-

Coloſſum, quem Nebucadnezar in inſomnio de regni Babylonii fatis viderat, Dan. II. Ut pervideant noſtri, longam Commentatorum de quatuor Monarchiis fabulam traditione ſuâ fucum orbi facere, ut Daniel caligine ſit liberandus.

(6) *Lutheri in Pſalmos Commentarius brevis & nervoſus.* Pro optima Philologiæ regula illuſtranda, quam Lutherus luculentiſſimè expreſſit: Verborum vim tum demum cognoſci, ubi agentium aut loquentium animi, affectus, conſilia, probe ſint perſpecta: Proindeque pro ſerena Lutheri Philologia virtuteque enarrandi vividiore reſtauranda.

(7) *Joachimi Morlini Doctoris*, wie die Büchlein und Schrifften *Lutheri* nützlich zu leſen. Pro Studioſis, in luculentam artem philologicam Hebræos fontes cognoſcendi, à Luthero præclariſſime exercitam, proximius deducendis.

(8) *Conradi Portæ Adhortatio ad aſſiduam lectionem librorum Lutheri.* Pro uberiori commendatione virtutis Lutheri, in Fontibus recenſendis, ad dignam æmulationem.

(9) *Lutheri nervosus in totam Scripturam Commentarius*, cum *soluto difficili Petri nodo: Scriptura non potest solvi*, 2 *Pet. I, 19. 20. 21.* Pro detegendo fascino communi, pro seculi torpore, Fontium sacrorum studium apicem jam attigisse, ut oporteat sapere ut vulgus capit, quasi ex communi & longa traditione hic pendere sit necesse, quam Lutherus fugit, veritatis non opinionis amans.

(10) *Enucleata præclara Lutheri Enarratio Psalmi LI.* gravissimam de præcipuis fidei articulis doctrinam nervose complectens, renovata: Pro veteri Lutheri indole rectius cognoscenda.

(11) Redierunt quoque *Florentii Oliverii Waterlopii Urim & Tummim.* Ut &

(12) Glück und gute Tage. Pro animis ad integritatem excitandis, sine qua Philologia inanis, exsucca & exsanguis, cum non possit esse Philologus nisi vir bonus.

(13) *De Judæorum ac Christianorum superstitione*, Seinen Feind todt zu beten / *ad Psal. CIX.* Unde liqueat, quantæ sint inter Christianos superstitionis reliquiæ, ex rerum quoque Judaicarum inscitia.

(14) *Pha-*

(14) *Phasiana. Stylo veterum, Orphei, Homeri, Ovidii, Nonni, ceterorumque mythologorum concinnatum ænigma : Additâ solutione.* Pro aperiendâ viâ in antiquissimorum Poëtarum recondita & clausa hactenus penetralia.

(15) *Noctua & Textor. Mythicæ veteris artis alterum exemplum*, addita solutione. Pro vetustis autoribus illustrandis.

(16) *Venatio accipitraria.* Styli veterum mythicorum tertium exemplum.

(17) *Spes Philologiæ serenioris ex emendatiore educatione.*

(18) *Epigrammata* denique hæc *sacra Moralia in Vet. & Novi Testamenti historias.* Quæ ad excitandam in Fontibus legendis attentionem faciant.

Hæc *anno præsenti* in hunc usque mensem nostris Philologiæ cultoribus, pro studiis Fontium promovendis, & remotâ antiquitate eruderanda, dare contigit, pro temporis, quod variis distrahitur colloquiis & congressibus, indulgentiâ, & seculi patientiâ. Neque gloriolæ aucupio illa attingi facile intelliget, qui me, & quàm lon-

longissime ab isto fuco absim novit: Qui jactantiam autumo puerilem, servilem, aut stolidam, temeritatis non modò indicium, sed & inanis opinionis fallax tegumentum. Quin si gloriandi animus esset, majora existerent, de quibus justius gloriarer. Sed absit. Interea, pro temporis ratione, pro veritatis honore, pro virtutis incremento, pro posterorum memoria & æmulationis spe, aliqua sint quantulacunque enuncianda, quæ modestia alioquin reticeret. Quemadmodum & Paulus alicubi, in negotiis etiam sublimioribus juste & sancte gloriatur, se idem & amplius quid præstitisse, divino nutu & auxilio, quàm jactabundi veritatis hostes. Vita nostra brevis, & dum minime credimus abit. Meminerint ergo successores & posteri, non dormivisse nos in his agris, sed ut tempestas tulit, fodisse, terram vertisse, sulcasse, saxa movisse, antiqua monumenta sepulta volvisse, viam observasse, veritatem primævam virtutisque vim sollicite pro munere quæsivisse atque commendasse. Servent, addant, ut poterunt; Sed & ferant, vel & nesciant, ubi opus esse viderint: Memores, infinita esse quæ restant

restant, nec seculis nec auribus omnibus apta, Deo, judici ac vindici justissimo sapientissimoque, & posteritati modestiori, mansuetiori, integriori, committenda. Seculum exhinc tertium aut quartum divina gratia adspirante infinitas nostri ævi vel deplorabit vel ridebit nugas, ubi Fontibus rectius cognitis, & remotissimâ antiquitate curatius perspectâ, horum seculorum caligine agnitâ, læti Deum celebrabunt, impensius colent, fuci magis magisque pertæsi.

Nil addam, nisi ut Te, illustre optimarum literarum decus & præsidium, enixissimè rogem, pro Tuo prolixo in virtutem amore, in publica commoda vigili studio, in communis sacræ & civilis rei emolumentum sagaci & prudenti consilio, Fontium antiquissimorum studia porro digne exornari jubeas.

Scriptum *in Academia Julia, Seculi XVIII. anno VIII. die 31. Octobr.* vigilia omnium sanctorum: In memoriam *JUBILÆI PHILOLOGICI*, quod pro muneris ratione, privatæque devotionis libertate, toto hoc anno, rebus fatisque gemini seculi ponderatis pie celebrare lubuit.

Seculi

Seculi quippe decimi sexti exordio, quando *Reuchlinus* & *Ximenius* his diebus de Fontibus Hebraicis orbi nostro exhibendis divino nutu *primi* sollicite egerunt, *anno octavo Lutherus, philologus itidem factus non postremus*, quem *tertio* jure ponam *loco*, Witebergam divinâ manu pellectus, qui *Hebræos Fontes*, recentissime *ex cœli sententia Europæ traditos, luculenter & vivide, illustraret, melioremque omnium rerum faciem nostro mundo conciliaret.* Qui admirabiles & præclari sub nostro cœlo magnarum rerum circuli, Hebræorum Fontium luce & fulgore apparati, nos posterosque summo jure moverint ad celebrandum hoc cujusvis seculi anno octavo Philologiæ Jubilæum.

Quod si emergant, fatis pristinis, lucis Fontiumque Hebræorum impatientes, quos vel ignorantia vel superficiaria cognitio in eorum odium & invidiam pertrahat, ut Reuchlini & Ximenii nepotes Celtæ ab Orthvvinis & Leonibus barbaris torquean-

queantur; Meminerint universi, boni malique, negotium esse non in hominum sed Dei arbitrio positum, cujus manum si velint lacessant Centauri, si possint impune. Nec summo Numini deest, quâ in Hierosolyma delenda quondam usus, securis, ad arboris quoque nostræ ethnicas radices posita; Quæ nisi meliores Judaicâ pristinâ oleâ aut quercu ferat fructus, temtâ ethnicis nobis oblatâ haud innatâ virtute, pari cum Judaica stirpe exscindatur, & cum inani palea committatur igni, quem nemo extinguat.

Rom. XI, 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Matth. III, 8. 9. 10. 12., Esa. I, 29. 30. 31.

PHI-

PHILOLOGIA
ARTIVM LIBERALIVM ANIMA
ANTIQVITATIS LVMEN
VERITATIS VIA
HISTORIÆ VITA
VIRTVTIS COMES
GEMINO HOC SECVLO VIX NATA
IN CVNIS ADHVC VAGIT
CREPVNDIIS HODIE LVDIT
ALTERO ÆVO PVERASCET
ALIO ADOLESCET
ALIO JUVENESCET.
QVANDO VIR ERIT?
QVANDO SENESCET?
QVANDO REPUERASCET?
MORIETUR?
RESURGET.

Scr. d. 30. Nov. Ao. M DCC VIII.

EPI-

EPIGRAMMATA
SACRA MORALIA
IN
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI HISTORIAS.
IN MAGNO CODICE Mscto
AD
PRÆCLARAS VTRIVSQVE FOEDERIS IMAGINES EGREGIE ILLUMINATAS
VARIOQVE COLORE DISTINCTAS
UNA CUM LEMMATIBUS
AUREIS LITERIS CONSIGNATA.

Pars I.

EPIGRAMMATA
SACRA MORALIA
IN HISTORIAS
VETERIS TESTAMENTI.
EX AUREO CODICE.

Pars I.

EPIGRAMMATA
SACRA MORALIA
IN HISTORIAS
VETERIS TESTA-
MENTI
EX AUREO CODICE

1.

Ad effigiem *Moſis, qui tabulas lapideas manu tenet.*

NOn lapis eſt Moſes. Lapis es, vis temnere leges.
Hic lapides fregit. Te quoque frange, lapis.

Fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſſima vincit mœnia.

Seinen Sinn brechen.

2.

Ad imaginem *Harmoniæ V. & N. T. quando duarum matronarum ſimulacris, inter varia inſignia, Veteris & N. T. Eccleſia ſcite effigiata.*

ET vetus & nova lex *amor* eſt. Hunc corde reconde,
Vim legum præſtas. Ore adamaſſe nocet.

Deus amor eſt. Et qui in amore, in Deo. 1. Joh. IV, 16.

Liebe erfüllet alles. *Matth. XXII, 37.*

3.

Ad imaginem *Adami & Evæ*, *nudorum.*

INtegri & absque dolo, sine fuco vesteque pictâ.
Integra nunc vestis, pectora fraude rigent.

Fugére pudor, verumque fidesque; In quorum subiere locum fraudesque dolique, insidiæque & vis & amor sceleratus habendi.

Umgekehrte Welt.

4.

Ad imaginem *Adami & Evæ*, *seductorum atque pulsorum.* *Gen. II. & III.*

QUid miseros sapuisse juvat rectosque fuisse?
Qui sapit ille bonus. Qui bonus ille sapit.

Nemo malus, prudens.

Argliſt iſt keine Klugheit.

5.

Ad imaginem *Caini parricidæ.* *Gen. IV.*

DExtra fidem neſcit, ſcit clavam, vulnera, virus.
Sunt & amico ungues, arma cruenta. Cave.

Nec hoſpes ab hoſpite tutus, nec ſocer à genero, fratrum quoque gratia rara.

Treu iſt theuer.

6.

Ad imaginem *diluvii, ubi & infans in uberibus matris poſtremo hæret.* *Gen. VII.*

ABſorbent fluctus & Martia flumina ſordes.
Sorbent infantes crimina, lacte necem.

Bellum, reipublicæ purgamentum.

Krieg feget rein.

7.

Ad effigiem *Noachi, à diluvio ſacra facientis. Gen. VIII. & IX.*

EXpiat ille ſcelus, qui carnes urit, & æſtum
Pectoris extinguit. Crimen eat! Cinis es.
Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex.
Feg für deiner Thür.

8.

Ad effigiem *Abrahami, à pugna reducis, & Melchiſedeci, qui Abrahamum victorem convivio excepit. Gen. XIV.*

VIta quid eſt? Bellum. Sine lite nec ardua virtus.
Tu defende bonos: Præmia, mens hilaris.
Non tibi per ventos aſſa columba venit.
Arbeit braucht Hände.

9.

Ad imaginem *trium hoſpitum Abrahami, incendii Sodomæ, & Lothi in ſpelunca. Gen. XVIII.*

COlloquio virtus creſcit, ſi cum ſale ſermo.
Labra docent venerem, labraque ſulphur habent.
Corrumpunt bonos mores colloquia prava.
Zung fodert viel Saltz.

10.

Ad imaginem *Abrahami*, *Hagarem & filium jussu Saræ domo mittentis. Gen. XXI.*

DUrum, sed justum, rectum quoque mittere lucrum.
Præ lite est melius tot caruisse bonis.
De jure suo sæpe cedendum, amore pacis.
Wer lieb will haben / muß lieb lassen.

11.

Ad imaginem *Abrahami*, *jugulum filii Isaaci in ara petentis. Gen. XXII.*

CArius an nostro quid sanguine? Fundere juvit,
Pro patria. Cœlum reddere ponè pote.
Dulce est pro virtute mori.
Wer recht thut / kömt ans Licht.

12.

Ad imaginem *Esavi & Jacobi*, *de jure primogeniti vendito. Gen. XXV.*

FAc redimas tempus, famam cum tempore, vitam.
Nec libertatem vende: Memento probe.
Fortuna volubilis errat.
Es liegt alles an Zeit und an Glück.

13. Ad

13.

Ad imaginem *Jacobi, saxum in Mesopotamia de fonte volventis, socerique greges pascentis. Gen. XXIX.*

SAxum volve libens, nec duro parce labori.
Sitim restinguas: invidiamque feras.
Genus durum sumus experiensque laborum.
Et documenta damus, qua simus origine nati.
Schmiege und biege dich.

14.

Ad imaginem *Jacobi, luctantis à reditu ex Mesopotamia, in itinere. Gen. XXXI. XXXII. XXXIII.*

TU ne cede malis, sed contra audentior ito:
Sustineas, opus est: Abstineas, potis es.
Se defendere natura jubet.
Sich wehren und verantworten ist nicht verwehret.

15.

Ad imaginem *Josephi, somnii sui auguria fratribus recensentis. Gen. XXXVII.*

NOn frustra augurium prudentis: Prospicit ævo.
Si sapiens servit, liberat huncce labor.
Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus.
Der Knecht ist offt weiser als sein Herr.

16.

Ad imaginem *Joſephi, ab hoſpita, Potipharis uxore, apud herum delati.* *Gen. XXXIX.*

UXori nubis, cœlum. Non nubis, avernus:
Ceu nubas, ceu non, carcere dignus eris.

Utrum feceris, dolebis.

Machſt machen wie du wilt/ verdienſt kein Lohn.

17.

Ad imaginem *Pharaonis, & Joſephi,* à carcere *ſomnia regis cum honore interpretantis.* *Geneſ. XLI.*

DEliteas, prudens. Habet & ſua tempora virtus:
Compenſatque moram fruge. Quieſce brevi.

Virtus premitur, non opprimitur.

Alles hat ſeine Zeit.

18.

Ad imaginem *Jacobi, morti vicini & filiis valedicentis.*
Geneſ. XLVII. & XLIX.

FAc moriare prius ſenſu, quam ſit moriendum.
Non ſentis telum, quod timuiſſe nefas.

Tela prævisa minus nocent.

Sih dich für.

19.

Ad imaginem *Moſis, ardentem rubum nec conflagrantem intuentis.*
Exod. II. & III.

ET rubus & furnus non urunt. Libera reſtat
Ætas. Ignorat noſtra, futura ſciet.

Tandem bona cauſa triumphat.

Zeit bringt Roſen.

20.

Ad imaginèm *Moſis, coram Pharaone & Magis ſerpentes producentis*, qui abſorberent magicos. *Exod. VII.*

TUte ſagax omen dabis, aptum impellere ſegnes.
Aſſequitur nullus fata propinqua ſatis.
Nemo videt quod in limine.
Augen offen.

21.

Ad imaginem *Moſis, ranis Ægyptum macerantis. Exod. VIII.*

RAna canit veterem cantum, qui traduce conſtat.
Vexentur ranis, quos bona Muſa fugit.
Hydræ & ranæ paludibus digna proles.
Haben nicht beſſer verdienet.

22.

Ad imaginem *Moſis, mare rubrum findentis, quo Ægyptii merſi. Exod. XIV.*

Imperium virtutis erit ſuper æquora, plauſtra.
Mergetur præceps invida quæque manus.
Occupet extremum ſcabies.
Tugend geht über alles.

23.

Ad imaginem *Mannæ* in deserto datæ, Amaleki cæsi, & legis latæ. *Exod. XVI. XVII. XIX.*

ORdo, cura ducis, populo victumque relinquit
Et lætam pacem: Vincula lege parat.
Ordo rerum anima.
Alles schicklich.

24.

Ad imaginem *vitulantium in deserto Israëlitarum. Exod. XXXII.*

BOs fuit atque asinus, quem plebs coluit rutilantem.
Sic vituli vitulos, atque asinos asini.
Mulus mulum scabit.
Gleich und gleich.

25.

Ad imaginem *Nadab & Abihu, qui igne sacro cremati,* quod ignem suffitumque peregrinum advexissent. *Levit. X.*

IGnem non verum, fumum quoque vendere docti:
Fucum suffirent: Funera, fumus erant.
Dicunt, nihil ad rhombum.
Schiessen weit vom Ziel.

26. Ad

26.

Ad imaginem *exploratorum terræ Canaan*, qui fructus inde recentes apportarant, inter murmura & cædem. *Num. XIII.*

EXplorare licet, veri quis trames, & unde.
Nec veri fructum qui ſtupet ille capit.
Invito non obtruditur beneficium.
Wer nicht will/ laß bleiben.

27.

Ad imaginem *Aaronis*, cui inſidiati alii, dum *virgâ ejus floruit. Num. XVI.*

REctos impugnent, quos ſenſus torquet honeſti.
Virtus maturat, fronde virente nitet.
Veritas æterna.
Recht bleibt doch recht.

28.

Ad imaginem *Joſuæ*, *per Moſen populo præfecti. Deut. XXXI.*

INque vices multas ſi publica munia vergant,
Quam raro ſurgit priſtina rara fides!
Virtus non eſt hæreditaria.
Die Zeiten beſſern ſich ſelten.

29. Ad

29.

Ad imaginem *exploratorum Hierichuntis*, qui in discrimine vitæ versati. *Jos. II.*

NOn facile explores, quæ sit via recta per orbem.
Quod si perquiras, quæreris ante fugam.
Veritas latet in profundo puteo.
Es lässet sich nicht alles finden.

30.

Ad imaginem *Hierichuntis expugnatæ. Jos. VI.*

VErum si quæras, sit inexpugnabile falsum:
Mox turres, muri, traditione ruant.
Non omne verum, quod vulgus tradit.
Alter hilfft nicht für Thorheit.

31.

Ad imaginem *prælii Josuæ in Gibea*, hostibus fusis, sole & luna ad victoriam usque stantibus. *Jos. IX. & X.*

NOmina magna silent, soles & sidera cœli
Stant, quando veri cardo movetur. Age.
Nomina non sunt Numina.
Grosse Leute fehlen auch.

32.

Ad imaginem *Sisseræ, à Jaële femina cæsi*, victoriâ partâ. *Jud. IV.*

QVando viri officium renuunt præstare timore,
Femina tunc vir sit, vincere docta viros.

Veritas animum postulat.
Mancher hat kein Hertz.

33.

Ad imaginem *Gideonis, in exercitus ducem populique pressi liberatorem ruri ab angelo ad aram electi. Jud. VI.*

NUlla salus populo, decollat maxima res, spes:
Rem ruri videas surgere, spemque foci.

Spes, optima res.
Unverhofft/ kömmt offt.

34.

Ad imaginem *virginis Jephthææ, cum sodalibus sua fata deplorantis. Jud. XI.*

ET lacrymas falsas virtus innoxia fundit.
Integritas plorat. Quis pudor in reliquis?

Si bonis male, quid fiet de malis?
Treu leidet für alle.

35.

Ad imaginem *Manoæ ad aram*, & *quæ res Simsonis. Jud. XIII. XIV.*

EXcitet & cœlum cordatos, perdita res sit.
Hostes debellat, robore, marte, stilo.
Nondum finis.
Der alte Hauß-Vatter lebt noch.

36.

Ad imaginem *virginum, Silunti per Benjamitas in uxores raptarum. Jud. XXXI.*

VIvitur & rapto, vult publica res: via juris.
Jura jubent justè? Deficit, ergo licet?
Necessitas non habet legem.
Noht bricht Eisen.

37.

Ad imaginem *Ruth, quæ Boasum arte vicit & persvasit.*

ARte juvare licet quod justum, dummodo fiat.
Nil poterit virtus, ars nisi præstet opem.
Ferrum non scindit, nisi acuatur.
Muß helffen.

38. Ad

38.

Ad imaginem *Philistæorum, qui arcam fœderis bobus committebant.*

1 Sam. IV. & V.

QVid monstri? Bovis est arcana recondita ferre?
Nunc sacra bos portet, vel sacra magna bovem.

Asinus ad lyram. Es klinge wie es wolle.

39.

Ad imaginem *Samuelis, Saulem ungentis, qui Samuelem & Deum temsit.*

1 Sam. IX. & X.

PRosit, qui præsit; non obsit Numinis auræ.
Non meriti res est. Errat & hic oleum.

Non nobis, Domine.

Unsere gelbe Haar machens nicht.

40.

Ad imaginem *Davidis, Goliathum sternentis. 1 Sam. XVII.*

QVid rotet ille gigas linguam, quâ glutiat orbem?
Parva manus tangat: quàm rota magna ruit!

Quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu?

Worte thuns nicht.

41.

Ad imaginem *Saulis*, *Davidem hastâ petentis. 1 Sam. IX.*

IRa malum turpe est, torquet si fulmina, tela,
Justitiæ inque probrum, certa ruina domus.
Ira furor brevis est. Zerreiß dich nicht.

42.

Ad imaginem *Abigail*, *Davidis iram*, *in contumeliosum Nabal, mitigantis.*
1 Sam. XXV.

NOn rugæ, minæ truces, non scommata. Cessent.
Blanda modestæ frons frenat & arma virûm.
Quos ego! Sed motos præstat componere fluctus.
Ein gut Wort findet eine gute Stelle.

43.

Ad imaginem *umbræ Samuelis*, *ad nutum Saulis per Sagam productæ.*
1 Sam. XXIIX.

UMbra colorque virûm, quæ & opinio, fascinat ægros.
Autorum nomen, spectra inimica! Malum!
Non quis, sed quid. Groß Ansehen macht keine Wahrheit.

44. Ad

44.

Ad imaginem *Saulis, à clade desperantis, seque interficientis. 1 Sam. XXXI.*

SAnguinis est potior pars spes, vitæque alimentum.
Spem serva, aut furor hinc viscera scindit atrox.

Spes optima linea rerum.
Wer nicht kan harren / scheide davon.

45.

Ad imaginem *Davidis, arcam fœderis in urbem ducentis inter cantum & tripudia. 2 Sam. VI.*

GAudes atque canis, successit Numine fatum:
Invidiam temnens, fac moderere sinum.

Gaudia pelle. Freue dich / mit Maaßen.

46.

Ad imaginem *legatorum Davidis, qui gratulatum missi ad regem Ammon, quos hic ignominiose rasit. 2 Sam. X.*

OFficium præsta, perdas, pro munere læsus.
Tondeat ingratus teque tuosque pilos.

Gratiam perde. Undanck ist der beste Lohn.

47.

Ad imaginem *Batſabæ*, *lavacro Davidem faſcinantis.* 2 *Sam. II.*

DElicium niveæ fronti, venisque genisque!
Sanguinis ille rubor, pallida labra viri.
Accede ad ignem hunc, incaleſces plus ſatis.
Wer ins Feuer geht / brennet ſich.

48.

Ad imaginem *Davidis*, *caſum deplorantis.* 2 *Sam. XII. XV.*

LApſus, quin ſurgas? Mentemque manumque retractes?
Lubrica cum via ſit, non titubare queas?
Abſtine impoſterum.
Nicht mehr thun / iſt die beſte Buſſe.

49.

Ad imaginem *Davidis*, *tyrannidem Abſalonis fugientis*, *& à Simei maledictis laceſſiti.* 2 *Sam. XV. & XVI.*

FIlius ut patrem, ſic tollit amicus amicum.
Ex ſaxis homines, vipereusque cruor.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Hüt dich für die Schleicher.

50.

Ad imaginem *Abſalonis*, poſtquam regnum Patris invaſerat, *de arbore pendentis*, & à Joabo *confoſſi*. *2 Sam. XVIII.*

SEcurus lædis: Fortunæ ſcis genitorem.
Te lædis, vindex te cruce figis, abi.
Hic ſitus eſt Phaëthon currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
Sich ſelbſt in den Finger ſchneiden.

51.

Ad imaginem *Davidis*, *aquam per hoſtium caſtra* per heroes ſuos *nacti*, *aſt Deo ſacrantis. 2 Sam. XXIII.*

ILle labore parat, fructum ſibi vindicat alter.
Sanguis non ſatiat: Redde cuique ſuum.
Fuci, neque adjuvant, & mel conſumunt.
Erndten/ wo einer nicht geſäet.

52.

Ad imaginem *Salomonis*, *litem inter duas femellas*, de filio diſputantes, *dirimentis. 1 Reg. III.*

FRaude ſibi tribuunt aliena, quibus labor obſtat,
Juſtitiæ exſortes. Detegiturque dolus.
Noli alienis ſuperbire plumis.
Laß liegen/ was nicht dein iſt.

53.

Ad imaginem *reginæ Sabæ & Salomonis. 1 Reg. X.*

SOlis ad instar agens, orbem sapientia flectit. (ruens.
Hanc fraus mentitur, cum Phaëtonte
Medio tutissimus ibis;
Inter utrumque tene: Fortunæ cetera mando,
Quæ juvet, & melius, quam tu, tibi consulat, opto.
Nicht allzu witzig.

54.

Ad imaginem *Salomonis in throno, auro coruscante, & leonibus cincto. 1 Reg. X.*

JUstitia est nunc majestas sceptrique thronique.
Aurum clementis: Sed leo, si ferus es.
Ira regis, rugitus leonis.
Gerechtigkeit ist der Welt Vormund.

55.

Ad imaginem *Salomonis, vanitatem rerum omnium sapientissime meditantis. 1 Reg. IV.*

ET tenuis pompa est, quam texit araneus audax. (domus.
Hoc scire hic sapere est: Nunc rogus alta
Poma fugacia captat. Alle Lust vergeht.

56.

Ad imaginem *Salomonis*, *ad idolorum cultum tandem deflectentis. 1 Reg. XI.*

SI sapis, ad finem sapias! Sunt pectora cœca.
Errores mentis te sine fine petunt.
Nemo ante finem beatus. Ende gut / alles gut.

57.

Ad imaginem *Prophetæ Bethelis*, *qui ab alio Propheta deceptus, à mandato divino recesserat, hinc à leone in itinere enectus. 1 Reg. XIII.*

NOn satis, initio voluisse: Cavisse necesse est,
Fallaris. Consta. Te manet ultor ejus.
Fide, sed cui, vide. Hüt dich / er fängt dich.

58.

Ad imaginem *Eliæ*, *quem corvi paverunt. 1 Reg. XVII. XVIII.*

CRocitet hic corvus, te rodat vile cadaver:
Induet humanum pectus, amicus erit.
Animus mutatur in horam.
Aergster Feind / wird bester Freund.

59.

Ad imaginem *Eliæ*, *in tempestate igne sublati. 2 Reg. II.*

OFficium quodvis, non frigus, postulat æstum.
Sint tempestates: Igne veharis: Abis.
Serò, nisi serio. Es will Ernst seyn.

60.

Ad imaginem *Naëman Syri leprosi*, undis mundati & *restituti. 2 Reg. V.*

IN cute nequities, lepra, quæ nec pruriat ægrum. (piat?
Quis fateatur eam? Mergere quis cu-
Nequam in cute.
Boßheit steckt den Knaben im Hertzen.

61.

Ad imaginem *viri defuncti*, *qui in sepulcrum Elisæi conjectus vitam recuperavit. 2 Reg. XIII.*

OSsa viri recti populo post funera prosunt.
Consiliumque bonum posteritate valet.
Serimus arbores posteris profuturas.
Was er macht/ geräht wohl.

62. Ad

62.

Ad imaginem *Hiskiæ regis, decumbentis, & ex ægritudine ingemiscentis.*
2 *Reg. XX.*

MOrs curas solvit, sed morbus congerit illas:
Hic desunt vires. Utere sanus eis.
Non differ in horas. Alles zeitig.

63.

Ad imaginem *Zachariæ, sacerdotis ingenui, in templo lapidibus obruti.*
2 *Chron. XXIV.*

IMproba te cruciet, laniet, lapidetque caterva:
Officio functus, vulnera cruda feres.
Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.
Stanck für Danck.

64

Ad imaginem *Jobi, tristibus nunciis territi, de bonorum raptu, domorum ruina, & liberorum clade.*

FOrs ridet, ludit, fallit, torquetque vicissim: (animo.
Nunc spoliat, frangit: Tunc opus est
Prosperis non efferri, nec adversis frangi.
Starcke Schultern/ welche Glück und Unglück gleich tragen können.

65.

Ad imaginem *Jobi*, *ulceribus miſere cruciati, atrocius uxore & cognatis. Job. II.*

FEmina te radit, ſunt ulcera dira palati
His, qui te damnant: Fer, vir ut eſſe queas.

Nullum malum ſolum. Wo der Zaun am niedrigſten / ſpringt jedermann über.

66.

Ad imaginem *Judith*, *Holophernem humanitate perdentis.*

NOn vincas hoſtem ferro, linguâque procaci.
Diſſimula. Officio mox cadet ille tuo.

Non maledictis ſed beneficiis cum hoſte certandum. Gutthat / ſchlägt den Feind am erſten.

67.

Ad imaginem *Tobiæ*, *hirundinis ſtercore excœcati.*

AUt levis aut arguta luto te excœcet hirundo:
Diſce videre nihil: Diſce videre nihil.

Digito compeſce labellum. Sihſtu / daß es nicht recht hergeht / ſchweig.

68. Ad

68.

Ad imaginem *Tobiæ*, visum inuncto felle recuperantis. *Tob. IV.*

FEl juvat & sanat, non mel. Medicina momordit
Pellem. Sic verum non sine felle vides.
Difficilis cognitio veri.
Warheit hält hart.

69.

Ad imaginem *Ahasveri & reginæ Vasti*, præ fastu abjectæ, *Esthera evecta. Esth. c. I.*

ESt fastus morbus, qui sternit, privat honore.
Dein pulvis surgit, qui potiatur eo.
Fulmina petunt alta.
Hochmuht kömt für den Fall.

70.

Ad imaginem *Hamanis arrogantis, qui illa cruce pendet, quam struxerat Mardochæo.*

QUas struis insidias, queis perdas, invide, justum,
Instruis ipse tibi. Te cruce perde tuâ.
Fraus redit in autorem.
Wer einem andern eine Grube gräbt/ fält selbst hinein.

71. Ad

71.

Ad imaginem *Esaiæ*, *carbone divinitus ad officium accensi & animati. Es. VI.*

Officii frigus, rigeant ut & ossa, medulla.
Quin calor accendat, viscera, labra, manum.

Somnus non meretur diem.
Wer schlaffen will/ schlaffe des Nachts.

72.

Ad imaginem *Jeremiæ*, *qui populo exilium impendens nunciare refragaretur*, *donec divinitus linguâ tactâ eloqui juberetur.*

PUblica damna vides, privatus tu, reticebis.
Rumpe moram, sentis quod taceant superi.

Aliena ne tangas.
Was dir nicht befohlen/ laß ungerührt.

73.

Ad imaginem *Ezechielis*, *exilium & reditum populi ossibus in agro præfigurantis.*

PRæsaga mens fati celeris, tristisque bonique.
Publica res surgit, concidit illa prius.

Prudentiæ est augurium.
Ein Weiser riechets.

74. Ad

74.

Ad imaginem *Jonæ, ad officium adacti, à piſce abſorpti.*

MUnia quæruntur, nec ſunt oblata frequenter.
Apti non cogunt: Cogitur aptus eò.
Dignus & indignus pari ambulant paſſu.
Strebe nicht nach dem / was dir zu hoch.

75.

Ad imaginem *Nebucadnezaris, coloſſum in inſomnio videntis, quem Daniel explicaret. Dan. II. III.*

RAri componunt præſentia moxque futura:
Præcavet hinc nemo damna propinqua loci.
Judicia divina paucis cognita.
Wer ſieht das Unglück / das für der Thür?

76.

Ad imaginem *Belſazaris regis epulantis, manu ominosâ territi. Dan. V.*

PArce mero, merus eſt cruor: Expedit eſſe remotum
A turba. Impendet triſtior hora. Time.
Vinum venenum.
Auff einen guten Tag folgen zwey ſchlimme.

77. Ad

77.

Ad imaginem *Danielis, in leonum fovea salvi. Dan. VI.*

INtegritas prensat faucesque unguesque leonum. (lupos.
Mitte rugire homines, bruta, ferasque,
Recte faciendo neminem timeas.
Recht geht durch alle Land.

78.

Ad imaginem *Susannæ, à salacibus frustra tentatæ, mox falso delatæ, fraude detectâ & punitâ.*

ESt astus mendax, vitium, quod habere patescit,
Hoc tribuit socio. Perfluit iste dolus.
Cuculus in alienum cacat nidum.
Krieg dich selbst bey die Nase.

79.

Ad imaginem *idoli Bel, cujus ministri nocte clam cibos consumerent, qui vestigiis detecti.*

PEllucet tua fraus, artem vestigia monstrant.
Clamas, te jactas, proditor ipse tui.
Sorex se ipsum prodit.
Schalckheit verräht sich selbst.

80.

Ad imaginem *Hierosolymæ, ex ruderibus resurgentis, à captivitate Babylonica. Esr.*

NUnc labi, servire diu, nunc surgere, stare:
Hasce vices specta: Pondera utrumque diem.

Aliquando ridet sol.

Nach den Regen kömt Sonnenschein.

81.

Ad imaginem *Esræ, legem & cultum sacrum dudum plane collapsum restaurantis.*

OCcidit ante diem lux, regnat magna caligo:
Nec tenebras videant secla sopore rudes.

Et rudera surgunt.

Eine alte Stelle / ein neu Hauß.

82.

Ad imaginem *Mathatiæ, qui Judæum, carnes suillas immolantem, occidit. I. Macc. II.*

ESt hara pro porcis, non templum. Sus quid ad aram?
Pellere sed cunctos, hoc opus hic labor est.

Foris canes.

Säue gehören nicht in die Kirche.

83.

Ad imaginem *Heliodori, templum spoliaturi, sed misere excepti. 2. Macc. III.*

ABstineas digitos unguesque à dote sacrata:
Horror subsequitur, trux timor atq; pudor.

Testamenta sarta tecta.
Geistliche Güter sind unverdaulich.

84.

Ad imaginem *septem fratrum, qui, quod carnes suillas respuerent, miserrime cruciati. 2. Macc. VII.*

NE sis cum suibus veri contemptor, & ut sus.
Siste manus puras. Quid, rogo, gemma sui?

Veritatem non proculca efferus.
Warheit behält doch den Sieg.

Pars II.

EPIGRAMMATA SACRA MORALIA IN NOVI TESTAMENTI HISTORIAS. *EX CODICE AUREO.*

I.

Ad effigiem *Christi Servatoris.*

EST mundus cœnum, stabulum cum sordibus, error.
Eluctare, socors: Hic via, vita, salus.

Beati puri corde. Matth. V.

Rein / ist des Menschen Leben.

2.

Ad imaginem *Zachariæ, divino inter suffiendum omine de futuris præmoniti. Luc. I.*

OMina non desunt rebus, modò prendere possis.
Excelsum regimen qui videt, ille videt.

Omina insunt rebus ut nomina. Es schwahnet / wers sieht.

3.

Ad imaginem *nati Christi, quem tenues ex agro pastores venerati, quique & duodecennis in templo cum eruditis disseruit.*

Luc. II. v. 7.

PAlpamus manibus vitam, nec vivimus. Unde?
Ut cœcus solem spectat. Uterque miser.
Volenti non fit injuria.
Wem nicht zu rahten / ist auch nicht zu helffen.

4.

Ad imaginem *Magorum ex oriente, Messiam quærentium. Matth. II.*

PErpauci inveniunt verum lucemque serenam:
In tenebrisque gemunt, noctua, bubo, striges.
Umbra fallit.
Nacht ist keines Menschen Freund.

5.

Ad imaginem *baptismi Johannis. Matth. III.*

MErgi conducit: Nec stet sententia: Muta.
Verius aut melius dum patet, unda patet.
Neminem veritatis pudeat.
Sich bessern / ist keine Schande.

6. Ad

6.

Ad imaginem *Christi, à diabolo variis modis exagitati. Matth. IV.*

TE canis allatrat, rodit quoque dentibus aspis:
Tu cane, tu ride, pelle, resiste, fuga.
Est suus furori terminus.
Ein toller Hund laufft nicht sieben Jahr.

7.

Ad imaginem *Christi, discipulos vocantis. Matth. IV.*

MOnstratur via, non differ; Sit semita vera
Ante oculos. Vocat, haud terque quaterque, semel.
Procrastinatio periculosa.
Zeit verlohren/ meist verlohren.

8.

Ad imaginem *Matthæi publicani, à Christo vocati. Matth. IX. & Joh. V.*

NOn mora, non tempus supereſt: Præstat properare.
Qui semel effluxit, non redit ille dies.
In mora periculum. Morgen weg.

9.

Ad imaginem *nuptiarum in Cana, ubi vinum deficiens abunde ex undis suppetiit. Joh. II.*

ANceps interdum fortuna illudere suevit:
Nec præceps fugias: Spes manet, unda dabit.

Dum coquuntur lateres, venit Moses.
Wenn die Noth am grössesten / ist die Hülff am nächsten.

10.

Ad imaginem *muti obsessi, à Christo sanati. Matth. IX.*

SUnt muti multi, veri expertes, timidive.
Quis linguam solvat cognitione sui?

Ajunt, ajo. Laß gehen wie es geht.

11.

Ad imaginem *Christi, cum Pharisæis contendentis, pro discipulis, qui sabbato spicas evulserant & comederant. Matth. XII.*

EXterni ritus non servos reddere debent:
Integra mens esto, cetera liber eas.

Virtus major legibus.
Wohlthat verdirbt keinen Sabbath.

12.

Ad imaginem *Johannis decollati, ad nutum Herodiadis. Matth. XIV.*

INsontes multos decollat lingua cruenta:
Orbis tot magnos sustulit illa viros.

Linguâ nihil aculeatius.

Zunge ein scharff Schwerdt.

13.

Ad imaginem *Christi, esurientes* 4000. *homines in agro cibantis. Marc. VIII.*

COnsilio careat res desperata subinde:
Mox & arena dabit: Fertilis hic ager est.

In arena consilium.

Wo nicht zu helffen / ist doch zu rahten.

14.

Ad imaginem *Christi, in monte illustrati, coram discipulis e vigilantibus. Matth. XVII.*

NOnnunquam, veluti per somnia, vera videmus:
Obliquus lucem vel radius faciat.

Qui bene conjectat, vates optimus.

Wers kan errahten / kans wissen.

15.

Ad imaginem *regis clementis, qui servo debitori magnam remiserat summam. Matth. XV.*

TE miseret servi miseri: Clementia suadet.
Illa viro digna est: Temperet illa forum.

Summum jus summa sæpe injuria.
Allzu scharff schartet.

16.

Ad imaginem *infantum, quos Christus complexus, benedictione impertitâ.*
Marc. X. & Marc. XIX.

INfantes, stirpes, citius virtute beentur,
Quam annosæ quercus. Res redit in juvenes.

Sero sapiunt Phryges.
Auf junge Bäume lässet sich propffen.

17.

Ad imaginem *defuncti, à Christo resuscitati. Luc. VII, 11.*

OCcubuisse, feras: Ut sunt lethalia fata.
Hora resurgendi. Secula vera venent.

Virtus premi, opprimi non potest.
Wahrheit kommt doch an den Tag.

18.

Ad imaginem *obsessi apud Gergesenos, à Christo sanati, suibus in mare præcipitatis. Luc. VIII, 16.*

INnumeræ furiæ te quassant, & metus
& spes:
Expelle affectus pectore, parta fuga.
Pelle timorem, spemque fugato, nec dolor adsit.
Nicht zu wohl/ und nicht zu übel.

19.

Ad imaginem *vinitorum, qui diversam mercedem nacti. Matth. XX.*

NIl nostro meriti longo duroque labore.
Et stultus præeat: Cum sapiente sequar.
Non est in medico semper relevetur ut æger.
Interdum docta plus valet arte malum.
Zeit räht mit.

20.

Ad imaginem *viri à latronibus vulnerati, Pharisæis & Levitis eum negligentibus. Luc. X, 30.*

NOn titulus sanctus mentem mage conferat ulli: (nihil.
Nomine sub magno sit quoque grande
Auripigmentum aurum mentitur, non est.
Es ist nicht alles Gold was gleisset.

21. Ad

21.

Ad imaginem *filii perditi, redeuntis. Luc. XV, 10.*

DIfficilis reditus per tot discrimina falsi
Ad sanam mentem. Contigit ille tamen.
Tandem in melius.
Schwerlich / doch endlich.

22.

Ad imaginem *divitis epulantis, & Lazari laceri. Luc. XVI, 19.*

ESt & abusus opum grandis, quæ nil nisi pompa: (cruor.
Inque scyphis furiæ, per patinasque
Sunt uvæ lacryma.
Aller Wein ist nicht rein.

23.

Ad imaginem *Christi, cum Samaritana femina differentis, cui occultam voluptatem exprobraret. Joh. IV.*

NE molire malum, videt hoc, quicquid tegit, umbra,
Vel tua vel solis. Nubila prodit aqua.
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpâ.
Jedermann mags wissen.

24. Ad

24.

Ad imaginem *ægri ad piscinam Bethesdæ sabbato per Christum sanati. Joh. V.*

IN templo atque foro leges sunt vincula, pœnæ:
Officium præsta, lege solutus eris.
Recto non est lex posita.
Schlecht und recht behüte mich.

25.

Ad imaginem *timidi Petri, mari subsidentis, præsente Christo. Matth. XIV, 22. Marc. VI.*

NOn peccas, timeas? Sed & in virtute timoris
Multum: Subsidas, justitiâque tuâ.
Et virtus sæpe jacet.
Auch Fürsicht hat Furcht.

26.

Ad imaginem *adulteræ, à Pharisæis accusatæ, à Christo dimissæ. Joh. VIII, 3.*

INsimulant alios, latrant, culpant, reprehendunt,
Qui toti pravi, deteriorque manus.
Non videmus manticæ, quod in tergo est.
Seine Last andern aufbürden.

27.

Ad imaginem *parvi Zachæi, in arbore extra turbam hærentis, ut videret Christum. Luc. XIX.*

OLlæ tinnitu sese testantur inanes:
Plus mutæ prosunt, utilitate suâ.
Virtus nescit strepitum.
Ein leerer Baum rauscht am meisten.

28.

Ad imaginem *Christi Hierosolymam ingredientis, sub ingenti acclamatione populi. Marc. XI. & Luc. XIX.*

NOn laudare bonum, mala sed celebrare, nefandum.
Virtuti pretium jus dat, utrique suum.
Nomina rebus paria. Licht ist nicht Finsterniß.

29.

Ad imaginem *Christi, nummularios, oves bovesque templo ejicientis. Matth. XXI. Marc. XI. Luc. XIX. Joh. II.*

QUid facit in templo fœnus, fraus, bos, ovis, emptor?
Exulet hinc taurus, vel ferat ille flagra.
Bella domus supellex scopæ.
Wer böß ist/ bleibt nicht für ihm.

30. Ad

30.

Ad imaginem *convivii regii, ad quod invitati venire recusarunt, unde horum urbs incensa, alio immundo conviva ejecto.*

Matth. XXII.

SAt, dixisse, fiet. Monitum qui temnat, ut excors,
Ingrati pœnam det cinere atque fugâ.
Ad ravim usque. Gemeldt / ist gnug.

31.

Ad imaginem *Pharisæorum, Christum ancipiti quæstione de nummo tentantium, quos argute repressit.*

Matth. XXII. Marc. XII. Luc. XX.

ANceps est astus, caveas ni, scindit utrinque:
Astutos reprimit candor, utrinque juvat.
Bilingues linques. Hüte dich für die Katzen / die vorn lecken und hinten kratzen.

32.

Ad imaginem *prudentum & fatuarum feminarum, quarum illæ in adventum sponsæ vigilarent, his dormientibus. Matth. XXV.*

NOn vigilasse nocet; somnus, nox, umbra fefellit.
Est virtus vigili scripta; repente labat.
Lethargia leto vicina.
Manger schläfft / und verschläfft's.

33.

Ad imaginem *Lazari resuscitati. Joh. XI.*

LÆsus & enectus, quem torserat improba turba, (stetit.
Surgit. Nam virtus, dum premerere, cadis, *non occidis.*
Sincken / ist nicht gleich versincken.

34.

Ad imaginem *sacræ Christi cœnæ, pro veteri Paschate. Matth. XXVI.*

SUavis amor cœnæ, quæ candida pectora adunat.
Nunc odium valeat: Nunc amor unus adest.
Audistis veteribus dictum: Oderis inimicum: Dico, diliges hostem.
Sonst böse Triebe / nun rechte Liebe.

35.

Ad imaginem *Christi, pedes discipulorum lavantis. Joh. XIII.*

OFficium præstare bonisque malisque, decorum.
Quod pedibus lympha est, hoc favor omnis agit.
Beneficiis omnes vince. Wohlthun ist das beste.

36. Ad

36.

Ad imaginem *Christi, in horto sanguinem sudantis, discipulis jacentibus. Marc. XIV. Luc. XX.*

NOn sudas? Quid agis? Dormis. Sed & imminet hora,
Sanguinis ut venam forpice cura secet.
In sudore vultus tui.
Schlaffen kan nichts schaffen.

37.

Ad imaginem *Judæ, Christum proditorie osculantis. Matth. XXVI. Luc. XXII. Marc. XIV. Joh XIIX.*

OScula herum produnt: Hæc ars cultissima turbæ:
Idque unum discunt, ut simulare sciant.
Dulce venenum.
Glatte Worte der Höllen Pforte.

38.

Ad imaginem *summi sacerdotis, Christum damnantis, dein causam quærentis. Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. Joh. XIIX.*

ESt animus cædis primùm, post quærere culpam:
Emendicatis testibus hic locus est.
Non sint testes? Fiant.
Erst hengen / denn fragen warum?

39.

Ad imaginem *Christi, flagris excepti. Matth. XXVII. Marc. XV. Joh. XIX.*

FUstes & funes, virtutis præmia, virgæ:
Sunt linguæ, calami, vulnera, flagra, lues.

Tandem vipera sibilare desine.

Addern-Zungen in Gold gefaßt / ist der Kinder Hals-Band.

40.

Ad imaginem *Christi, sannis & sputo onerati. Matth. XXVII. Marc. XV. Joh. XIX.*

VIrtutis, sannis, ronchis, & murmure dignæ,
Sibilus & sputum sunt honor atque decus.

Sannæ ægram virtutem sanant.

Hohn / schönster Lohn.

41.

Ad imaginem *Christi*, *ad necem damnati, omnium clamore postulante.* *Joh. XIX.*

REctum ferre, nefas. Centenas nectere causas,
Fas, mortis. Quanti est esse bonum? Necis est.

Multæ sunt causæ mortis.
Ursach läßt sich vom Zaun brechen.

42.

Ad imaginem *Christi*, *crucem suam ad necem portantis.* *Marc. XV. Luc. XXIII. Joh. XIX.*

FErto trabem, stultos, crudeles & truculentos.
Sis stipes, truncus, ne premat illud onus.

Onus non abjice, quod sors dedit.
Biedermann / vertrag jedermann.

43.

Ad imaginem *Christi crucifixi.*
Marc. XV. Luc. XXIII. Joh. XIX.

VIrtutem extolli dignum, vel sanguine:
Surgunt
Scala, arbor, cuspis, loraque cum cuneo.

Inevitabile malum.

Einmahl an den Reihen.

44.

Ad imaginem *sepulturæ Christi.*
Matth. XXVII. Luc. XXIII. Joh. XIX.

EXtinctum veri pretium fac rite sepulcro
Condant. Nam virtus sæpe sepulta. Tace.

Livor post fata quiescit.

Der Sarck krigt allen Marck.

45.

Ad imaginem *Christi resurgentis.*
Matth. XXIIX. Marc. XV.
Luc. XXIV.

NOn capiat tellus vim cœli: Pulvere tollit.
Extinguant alii: Mox redit ampla magis.

Terra mater omnium.
Alles in die Erde / und alles aus der Erde.

46.

Ad imaginem *duorum discipulorum Christi, Emauntem commeantium, donec Christum comitem agnoscerent.*
Luc. XXIV.

NOn facile agnoscas verum, latet, obtegit umbra:
Pellucet tandem, quando fruere diu.

Verum non ubivis obvium.
Das Licht steht offt hinter dem Schirm.

47.

Ad imaginem *Thomæ*, *vulnera Christi contrectantis. Joh. XX.*

VIx rediisse putes, quod magno turbine pulsum,
Æquum. Dum credis, vulnera prisca patent.

Nullum sine vulnere bellum.
Arbeit macht Schwelen.

48.

Ad imaginem *Christi*, *cœlum euntis. Marc. XVI. Luc. XXIV. Actor. I.*

IN terris cœlum est? Habet & sua tempora cœlum:
Et redit in cœlum. Tute fruare prius.

Fugit irrevocabile tempus.
Das Gute geht weg / brauchs.

49.

Ad imaginem *claudi, in foribus templi à Petro sanati.* *Actor. III.*

CLaudicet, ut libeat. Tu specta tempora clauda.
Ævum quis sanet? Tempora clauda manent.

Et morbus interdum medicinam respuit.
Ein Turm/ der hängt/ läßt sich nicht biegen.

50.

Ad imaginem *Ananiæ, fraudulenti, divinitus cæsi. Actor. V.*

FAlles divinam? Poterisne? Potentia summa est.
Mendacis fuci quin pudet atque piget.

An nescis longas Regibus esse manus?
GOtt kans wohl finden.

51.

Ad imaginem *Stephani*, *lapidibus enecti*. *Actor. VI. & VII.*

PErfer & obdura, lapides sint præmia recti.
Fer lapides, glebas: Te globus ille tegat.

Pilulæ non masticandæ sed glutiendæ.
Man muß viel verschlucken.

52.

Ad imaginem *Simonis Magi*, *Spiritum S. mercaturi*. *Actor. VIII.*

NOn virtus merx est: Nec verum discere, lucrum.
Fulva metalla polo? Fossa & avernus habet.

Veritas non habet forum.
Wahrheit ist nirgend feil.

53.

Ad imaginem *Saulis, in Apostolum ex persecutore conversi, fulmine excœcati & servati. Actor. IX.*

FUlmine ni quatiare, soles dispungere rectum:
Vis squamas oculis tollere, cœce, vides.

Contra solem ne oscitato.
Die Sonne siehets.

54.

Ad imaginem *Cornelii gentilis, per Petrum conversi. Actor. X.*

NOn facit externi cultus strepitus, bonus ut sis.
Non colit umbra Deum. Qui bonus, ille colit.

Integritas nescit fucum.
Wahrheit gehet von Hertzen.

55.

Ad imaginem *Petri, è carcere divinâ ope liberati.*

Actor. XII.

ESt liber justus, licet hic sit carcere clausus.
Est animus carcer, deditus ut vitiis.

Non virtus sed vir vim patitur.
Das Hertz bleibt ungefässelt.

56.

Ad imaginem *Elymæ magi, Pauli verbo excœcati. Actor. XIII.*

FRaus tua te excœcat: Facit hoc persuasio vana.
Te sapere inculcas, desipis; Hocce vides.

Omnis homo mendax.
GOtt macht Klugheit zur Thorheit.

57.

Ad imaginem *claudi*, *per Paulum Lystræ restituti. Actor. XIV.*

VIs veri, æterni, vis summi Numinis, una:
Quando putas, titubas. Te sine fuste levet.

Veritas libera.
GOTT zwingt niemand.

58.

Ad imaginem *Pauli & Silæ*, *qui carcerem*, *quo clausi*, *apertum repererunt. Actor. XVI.*

PEssulus & lintres, cum compedibus tenebrarum,
Virtutem pensant: Libera mens & in his.

Virtus videt non sentit injuriam.
Wer gescheit / scheut sich für kein Unrecht.

59.

Ad imaginem *obsessi, qui exorcistas Judæos pro dignitate dedolavit.* *Actor. XIX.*

VIrtutem simulare veta. Transparet abunde
Ars: Quam depectit, qui malus arte pari.

Peccata peccatis plectuntur.
Ein Schalck geret über den andern.

60.

Ad imaginem *Pauli, à naufragio viperam, quæ manum ejus invaserat, in rogum sine damno conjicientis.* *Actor. XXIIX.*

NAufragus esto libens: Dirus te mordeat anguis:
Evadis salvus: Vipera jam cinis est.

Fuge metum, fugiet aspis.
Furcht ist ärger als der Todt.

61.

Ad imaginem *Christi*, *ideâ summi sacerdotis*, *in visione Johannis.*

Apoc. I.

IN templo quondam judex, jurisve minister.
Et supereſt vindex, præſidiumque fori.

Vindictæ nondum ſepultæ.

Recht iſt noch nicht aus der Welt.

62.

Ad imaginem *severi judicii divini*, *& pœnæ à virtutis hoſtibus ſumendæ.*

Apoc. IV. V. VI.

NOn patitur Numen, torqueri, occumbere verum:
Invidiam plectit, fulgure, marte, metu.

Deus tarditatem gravitate compenſat.

Es kömmt zu Hauß / wie es jeder macht.

63.

Ad imaginem *vindictæ divinæ*, *severius subinde in illis exercitæ*, *qui virtuti obsint.*

Apoc. VII. VIII. IX.

PErsequere & dele; Veri vindicta parata:
Væ tibi rosori! Tu cade mille modis.

Nemo impune torsit.
Die Zeit läßt nichts unvergolten.

64.

Ad imaginem *draconis*, *veritatem & virtutem absorpturi.*

Apoc. X. XI. XII.

QVid vomat ille draco? Quid ructet cerberus urens?
Perfremat ad summum. Sorbeat ipse necem.

Non moriare minis.
Gedreuet / hat manchen gereuet.

65.

Ad imaginem *ſepticipitis feræ, contumeliæ in bonos.*

Apoc. XIII. XIV.

NOn impune feres, convitia fundere linguæ:
Urbes & gentes lingua venenat, arat.

Rabidus canis expectat clavam.
Ein toller Hund krigt ſeinen Reſt.

66.

Ad imaginem *impiæ & blasphemæ gentis pereuntis.*

Apoc. XV. XVI. XVII. XIIX.

ET Solyma & Babel periere cupidine pravi:
Sunt cinis atque horror, rudera, ſaxa, nihil.

Injuſtitia peſtis nocentiſſima.
Unrecht frißt Land und Leut.

67.

Ad imaginem *victoriæ bonorum de malis. Apoc. XIX. XX.*

VIncit amor veri: Præceps datur arbiter orci:
Sic justus vivit progeniesque bona.

Veritas patitur non perit.

Treu und Wahrheit sterben doch nicht.

68.

Ad imaginem *suscitatæ novæ Hierosolymæ, post veterem deletam, pro vicissitudine veri & falsi. Apoc. XXI.*

OCcumbit, surgit, bona res. Ex ordine fati,
Secla tenere malum, secla videre bonum.

Omnium rerum vicissitudo.

Diffugére nives, redeunt jam gramina campis
Arboribusque comæ.
Mutat terra vices.

Bald böse bald gute Zeit.

ULB Halle
3
006 385 176

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-664521-p0163-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-664521-p0164-4

EPIGRAMMATA
SACRA MORALIA
IN
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
HISTORIAS

EX MAGNO CODICE MSCTO
SACRIS IMAGINIBUS ET COLORIBUS
SVAVIBVSQVE LEMMATIBUS
DISTINCTO

RECENSUIT

HERM. von der Hardt/
PRÆPOSIT. MARIÆBERG.
LINGUAR. ORIENT. PROF.

HELMSTADII,
Typis GEORG WOLFGANGI HAMMI,
Acad. Typogr. M DCC VIII.